

17. Nov.



GEORGII WIESE  
ROSTOCHIENSIS  
COMMENTATIO 1790, 10  
DE  
**FVNDAMENTO ET LIMITIBVS**  
**OBLIGATIONIS LIBERORVM**  
**AD FACTA PARENTVM PRAESTANDA**  
QVAM  
IN CONCERTATIONE CIVIVM  
**ACADEMIAE GEORGIAE AVGVSTAЕ**  
DIE IV. IUNII MDCCXC  
PRIMO LOCO AD PRAEMIVM ACCESSISSE  
CENS VIT  
INCLYTUS ORDO IVRECONSULTORVM,



*Parentes suos non amare impietas est, non agnoscere infania.*

SENECA.

---

ROSTOCHII,  
IN OFFICINA KOPPIANA.

## ОТДАЧИ ЧИС

AUTODIDACTA

## C O N S P E C T U S.

I. Prolegomena quedam de ambitu questionis ad certame indicatae (Cap. I.)  
praemittuntur, et quidem

1. Quæstio ipsa exponitur § 1.
2. Generalia quedam monentur
  - A. de subiecto, seu personis, ad quas quæstio pertinet § 2.
  - B. de obiecto, seu obligatione ipsa § 3.

II. De obligatione liberorum ad praestanda facta parentum (Cap. II.) agitur,  
quatenus fundamentum querendum.

a. immediate ex lege (Sect. I.) si parentes agunt

1. Liberorum nomine
  - A. an iis licet § 4.
  - B. quatenus inde liberi obligentur § 5.
2. Liberorum et proprio nomine simul § 6.
3. Proprio nomine tantum
  - A. Regulariter liberi non obligantur § 7.
  - B. Cui non obstant alia argumenta § 8.
  - C. Licet adsint exceptiones

- a. indistincte
  - α. ex onere alendi § 9.
  - β. ex nonnullis specialibus legibus § 10.
  - γ. ex versione § 11.
  - δ. ex poena parentibus irrogata
    - aa. perduellionis et laesæ maiestatis § 12.
    - bb. feloniae § 13.


b. alternative

- a. ex nonnullis causis exhereditationis § 14.
- b. ex textu II. F. 45, cuius ostenditur

## CONSPECTUS.

- aa. extensio § 15.
- bb. praecedentia p[re] legibus germanicis antiquis § 16.
- cc. effectus in utraque successione
- αα. ratione allodii § 17.
- ββ. ratione feudi § 18. 19.
- dd. restrictio per beneficium competentiæ § 20.
- ee. Exceptiones ab ipsa obligatione alterna referuntur § 21.
- ff. usus cum beneficio inventarii § 22. et
- gg. non usus in bonis avitis ostenditur, nec non
- hh. applicatio in feudis imperii deficiens § 23.
- b. mediate, ex facto liberorum accendentē (Sect. II)
- A. Generalia quaedam proponuntur
  - a. de obligatione ipsa mediata § 24.
  - b. de facultate liberorum sese obligandi pro parentibus § 25.
- B. Specialia facta enumerantur, quae
  - I. inter Cives consistunt
    - a. in Successione
      - α. pactitia § 26.
      - β. testamentaria § 27. et
      - γ. ab intestato
    - b. in Pacto
      - α. principalis § 28.
      - β. accessorio § 29.
      - γ. correali § 30.
    - c. in alio facto § 31.
    - α. licto
    - β. illicito
  - II. inter illustres parum ab his differentia § 32.

CAP. I.



## CAP. I.

### PROLEGOMENA QVAEDAM DE AMBITV QVAESTIONIS AD CERTAMEN INDICTAE.

#### §. I.

##### I. Quæstio ipsa exponitur.

Quam inclitus Ordo IurisConsultorum hoc anno in certamen civium academicorum proposuit quæstionem: *Liberorum, scilicet, obligatio ad praeflenda facta parentum quibus principiis nitatur et quibus limitibus sit circumscribenda?* ea certo digna est, vt singulari illustretur studio. Non solum enim ipsa est haud parvi ponderis, sed etiam quum adhuc diversa eius capita nusquam in unum locum congregata legimus, operae pretium erit, ea colligere et commentatione una comprehendere; hoc magis, quod necesse est, firma constituere principia, quibus lites inter ICtos in nonnullis huius doctrinae partibus obvenientes dirimi possint. Quod quidem tentare et quantum vires permittunt, explicare conatus sum.

Superfluum vero hac in re videtur, in veterum legum dispositionibus eruendis multo studio desudare, quoniam propositae doctrinae capita, quatenus hodierno gaudent usu communī, adeo sunt ampla, vt vel difficile sit, to-

tius rei summam paucis complecti paginis, nec commentationis brevis transgredi finis. Multo minus proinde iis doctrinac partibus, quae usui hodierno destitutae sunt, specialis dicari poterit expositio, sed sufficiet, earum interdum illustrationis causa tantum mentionem facere. Quae par ratio etiam vetat, legibus particularibus inhaerere.

## § 2.

## 2. Generalia quedam monentur

## A. De subiecto, seu personis, ad quas quaestio pertinet.

Antequam vero ipsam quaestionem tractare incipio, necessarium mihi videtur, ambitum huius thematis definire et brevibus ostendere, quos comprehendat ista quaestio, et quanam facta a liberis praestanda heic sint intelligenda. Quod ad primum attinet, euidem non dubito, quin et heic iuris romani constitutio obtineat, qua liberorum nomine non solum primi, sed etiam sequentium graduum descendentes comprehendendi debent a), sicuti appellatio parentum non tantum patrem, sed etiam omnes ascendentibus, tam paternos quam maternos continet b). Interim tamen in exponendis obligationibus liberorum ad facta parentum praestanda, in regula parentes et liberi stricte sic dicti erunt intelligendi, nisi identitas rationis et nexus, quanib[us] leges ponere videntur, ulteriore suadeant extensionem. Immutata enim adeo sunt patriae potestatis nostrae principia, et ita abhorret noster usus loquendi vernaculaus ab isto Romanorum, ut aliter haec extensio concedi nequeat. Id quod maxime iamiam adaptaret in obligatione liberis pacto vel testamento parentum imposita, quippe que fure hodierno non ultra liberos primi gradus valet, quia vox germanica, *der Kinder*, hos tantum comprehendit, ad diligendum a nepotibus, *den Kindes-Kindern*. c) Enque magis quaestio tantum de liberis legitimis, non vero de naturalibus valebit, quum hi nec in patria potestate sint constituti d) nec in ceteris iuribus aequiparentur legitimis. Attamen quum ratione matris iure legitimorum utantur, e) nec omnis adeo nexus cum patre sublatu sit, f) non penitus in hac commentatione erunt praeterreundi. Simulac vero de effectibus patriae potestatis sermo est, naturalium nullam rationem habendam esse, satis eluet.

Quoniam autem sermo est de obligatione liberorum ad praestanda facta parentum, sequitur, in primis ad ius tertii extranei ex factis parentum respi-

a) L. 56. L. 220. D. de V. S. (L. 16.)

b) L. 51. L. 201. D. codem.

c) Perill. G. L. BOEHMER in diss. *De liberis fideicommisso oneratis* § 2.

d) pr. Inst. de patr. potest. § 13. Inst. de nuptiis.

e) L. 2. L. 4. D. Unde cognati (XXXVIII. 8.)

f) Nov. 89 c. 12. 13.

ciendum esse, quum ius et obligatio sint correlata. Quisnam vero hoc loco habendus sit pro tertio illo extraneo, nemini dubium esse potest. Quicunque enim non est in numero parentum vel liberorum, est extraneus tertius; ideoque non solum etiam omnes collaterales, sed et ipsi remotores descendentes, simulac ex facto parentum singulari gaudent iure contra liberos fratre sic dictos, g) quin immo filius vel filia speciali iure, v. c. primogeniturae vel praelegatae dotis, praeditus, ratione huius iuris, hi omnes inter extraneos sunt computandi, licet posteriores, si ius aequale inter ipsos locum habet, alias in regula ad liberos pertineant.

### § 3.

#### B. De obiecto, seu obligatione ipsa.

In obiecto pertractando praecipue duo consideranda sunt momenta, alterum in obligatione ipsa, alterum in facto parentum a liberis praestando. Obligatio liberorum hec denotat necessitatem liberis impositam, ad subiuncta onera, quae parentes tertio debent, et ad satisfaciendum huius iuri inde acquisito. In qua obligatione maxime ea facta parentum spectari debent, quae post eorum mortem a liberis sunt praestanda, quum quilibet ex proprio facto semper principaliter obligetur, nisi nomine alterius licite egerit; quamquam etiam obligationes, quae adsunt vivis parentibus, non omnino omittendae erunt. Hisce ergo non miscenda sunt obligationes liberorum erga ipsos parentes, nec eae, quas liberi inter se habent aequali iure, quin inter se non sint extranei. Facta vero praestanda desigant omnes obligationes, quas parentes suscepérunt, et de quibus, quum parentes iis non satisfecerint, definiendum est, quatenus liberos, ad minimum subsidiarie, stringant. Proinde hoc non pertinet obligatio liberorum, quae, eti ex facto parentum oriuntur, tamen non in facto parentum praestando consistit, sed obligationem principalem liberorum constituit h).

Iam si quaeritur, an et quatenus adsit obligatio liberorum ad praestanda facta parentum? merito, ut logicis regulis convenienter agam, quaeflio an? ab illa quatenus? mihi esset distinguenda. Sed quum necessarium sit, utriusque questionis decisionem secundum diversa principia, quibus nitatur obligatio, formare, vt eo curatius describi queant limites, quibus terminatur obligatio

- g) Quod illustrant exempla: aeris alieni avi, ex peculio adventitio nepotis contracti; vel legati nepoti relicti eu a liberis institutis praestandi,
- b) Quales sunt nonnullae obligationes, quae ex patria potestate oriuntur, e. g. vt agnoscant forum parentum, L. 3. C. de iunior. (X. 38.) vt concedant omnes dispositiones patris de fructibus peculii adventitii, quippe ad patris propria bona pertinentibus; L. 4. 6. C. de bonis quae lib. (VI. 61.)

gatio liberorum, congruum etiam videtur, exinde doctrinas tractandae sumere dispositionem. Licet etiam revera nulla obligatio absque facto praecedente cogitari queat, tamen DD. non iniuste dividunt in mediatam et immediatam. Sub priori intelligunt eam obligationem, quae ex facto ipsius obligati provenit. Immediatam vero eam nominant, quam lex ipsa cuidam initungit, ob solum factum alterius praecedens, absque necessitate facti ipsius obligati. Regula enim iuris est, neminem posse per alterum obligari, nisi vel lex hoc iubeat, vel ipsius consensus hoc efficiat *i).* Applicata igitur hac distinctione ad quaestionem propositam, agendum erit primum de obligatione liberorum ad praestanda facta parentum ab ipsis legibus imposta, et deinde de ea, quam liberi proprio facto contrahunt.

## C A P. II.

### DE OBLIGATIONE LIBERORUM AD PRAESTANDA FACTA PARENTUM.

#### S E C T I O. I.

##### *Immediatae ex lege.*

###### § 4.

1. *Si parentes agunt liberorum nomine.*

A. *an iis liceat.*

**P**arentes agunt cum tertio vel liberorum nomine, vel liberorum et proprio simul, vel proprio nomine tantum. Patri semper est permisum, liberorum nomine agere, ob patriam potestatem, quam in fuos exercet, et ob praesumtum mandatum, quod pro emancipatis habet *k).* Suorum enim adeo est tutor legitimus, ut absque eius consensu se et sua bona valide obligare non possint, quam tutelam etiam in emancipatos minores continuat *l).* Et licet filius familias in peculio castrensi et quasi castrensi sit instar patrisfamilias, tamen, si minor est, vtitur commodo et incommodo minorum, et perinde gaudet restitutio in integrum, si laesus est *m),* et eget consensu patris in nego-

*i)* L. 74. D. de R. J. (L. 17.) L. 38. pr. § 1. D. de verb. obligat. (XLV. 1.)

*k)* L. 8. L. 35. D. de procurat. (III. 3.) L. 3. § 3. D. iudicat. solvi (XLVI. 7.)

*l)* § un. Inst. de legit. parentum tutela (I. 18.)

*m)* L. 3. § 4. D. de minor. (IV. 4.) MEVIUS P. 4. dec. 320. n. 2.

negotiis bona haec spectantibus. Eo major igitur est auctoritas patris ad obliganda bona liberorum, si eorum nomine, ut tutor legitimus, agit.

Praesumtum vero mandatum efficit, ut absque expresso mandato pro liberis agere, nec a tertio repellere possit, nisi probata contraria liberorum voluntate, quam declarare iis licuit<sup>n</sup>).

Quia autem voce parentum etiam mater designatur, an quae dicta sunt quoque de matre valeant? adhuc queritur. Ad huic non nisi praesumtum mandatum erit concedendum, vi cuius liberorum negotia etiam iudicialia moram non ferentia expedire potest<sup>o</sup>), alia vero maioribus ipsis committere, minoribus tutorem petere debet<sup>p</sup>). In quo patria potestas et emancipatio nihil mutant, quia mortuo patre non ipso iure fit tutrix mater, sed constituta est. Cui nec obstant, quae vulgo praedicanter, matrem scilicet et patriam potestatem et usumfructum bonorum liberorum participare, quum eius rei limites, partim adhuc dubii, adeo saltim circumscripti sint, ut inde tales effectus deduci nequeant. Si vero mater tutrix constituta liberorum nomine agit, non ut parens est consideranda, nec casus huc trahendus,

### § 5.

#### B. Quatenus inde liberi obligentur.

Quum ergo parentes liberorum nomine agere possint, definiendum erit, quenam obligationes liberorum inde proveniant. Patre pro suis liberis agente, diversa sunt distingueda peculia. Profectum pleno iure est patris, ita ut non solum fructus, sed ipsam etiam substantiam prout lubet obligare, atque adeo liberis adimere possit<sup>q</sup>). In peculio adventitio pater est administrator legitimus, cuius facta omnino haec ipsa bona obligant, quatenus officio suo satisfecit; quare etiam alienationes ob singularem utilitatem et urgenter necessitatem a patre ex his bonis factae, validae sunt absque decreto magistratus<sup>r</sup>). Quae vero neglecta ea diligentia, a quolibet administratore adhibenda, in praecuditum liberorum gesta sunt, ea rata habere non coguntur liberi<sup>s</sup>). Nec distinctione peculii in adventitium regulare et irregu-

lare

<sup>n</sup>) L. 35. L. 40. §. 4. de procurat.

<sup>o</sup>) L. 12. L. 41. D. de proeurat. (III. 3.)

<sup>p</sup>) L. 18. C. de procurat. (I. 13.) L. 2. D. de R. J. (L. 17.) WERNHER T. I.  
P. I. obs. 135.

<sup>q</sup>) L. 31. §. 2. D. de donat. (XXXIX. 5.)

<sup>r</sup>) L. 4. L. 8. §. 4. 5. C. de bonis quae lib. (VI. 61.)

<sup>s</sup>) L. 1. C. de bonis maternis (VI. 60.) L. 4. C. de bonis quae lib.

lare rem variat, nisi in fructuum perceptione. Quum enim patri in irregulare fructus non competant, hos pari diligentia administrare debet, ac substantiam adventitii regularis, nec alias liberi obligantur); quum e contrario de fructibus peculii adventitii regularis ad suum arbitrium disponere possit *u*). Et si pater peculia, castrense et quasi castrense, liberorum minorum ut tutor legitimus administrat, inde etiam nulla liberorum obligatio oriri potest, nisi adhibita debita diligentia contractus est celebratus, nec iis eiusmodi laesio est enata, ob quam in integrum restituendi sunt *v*). Regula inde constituitur: Pater nomine suorum liberorum cum tertio agens, eos eatenus tantum obligat, quatenus administrator de bonis sibi obnoxiiis disponere potest; exceptis peculio profectio et adventitii regularis fructibus, qui patris arbitrio subiecti sunt.

Majores vero filiis familias castrense et quasi castrense peculium ut patres familias habent, nec pater in iis horum, vel in genere emancipatorum nomine agere potest, nisi ex vero vel praesumto mandato. Praesumti autem mandati effectus non adeo sunt certi ratione liberorum. Quum enim sit privilegium parentum, vi cuius nomine liberorum agentes legitimatione opus non habent, inde non sequitur, liberos ex his factis obligari. Potius opus est, vt vel liberi ratihabeant ipsorum nomine acta, vel etiam eorum negotia vtiliter gesta sint. Simulac enim parentes "contra voluntatem liberorum experiri velle" constat, leges eos removeri iubent *w*). Et ex negotiis gestis quilibet obligatur, etiam qui alias se obligare nequid *x*), atque hoc magis etiam tertius, quocum parentes liberorum negotia vtiliter gesserunt, habebit ius ex re contra liberos. Sed forsitan ex hoc praesumto mandato parentibus lege dato sequitur, vt parentes liberorum negotia vtiliter gesisse praesumi debeat? Videtur quidem, et ad minimum tertii minus plena probatio utilitatis sufficiet, si parentes non contradicunt. Quod si vero hanc non probat tertius, vel liberi deficiente m vtilitatem ostendunt et ratihabitionem denegant, ob praesumtu mandatum parentum a tertio conveniri non poterunt *y*).

§ 6.

*z) Nov. 117. c. I. §. I.**u) L. 4. L. 6. C. de bonis quae lib. § I. Inst. per quas pers. cuiq. acquir.**v) L. 3. § 4. D. de minoribus (IV. 4.)**w) L. 40. §. 4. D. de procurat. (III. 3.)**x) toti tituli D. et C. de negotiis gestis (III. 5. et II. 19.) HELLFELD Jurispr. for. §. 420.**y) MANTZEL diss. De praesumto mandato c. 4. §. II. MEVIUS P. 5. dec. 31. 77.*

## §. 6.

2) *Si parentes agunt liberorum et proprio nomine simul.*

Interdum parentes pacta ineunt, quibus se suosque liberos, non ut heredes consideratos, obligare volunt. Exempla praebent pacta familiae, renunciationes, similiaque instituta. Quae quidem pacta liberos indistincte non obligant. Bona enim avita ex dispositione possessoris sunt exenta et in iis obtinet specialis successio ex pacto et providentia maiorum, quae ut ius quæsitus nemini auferri potest <sup>a)</sup>. Proinde etiam parentes liberorum ius succedendi nec auferre, nec restringere possunt, omniaque pacta et renunciations in hunc finem initiae sunt invalidae <sup>a)</sup>. Bonorum vero, in quibus successio iuris communis obtinet, libera est dispositio penes parentes, eamque, si heredes sunt, omnino servare liberos oportet, nisi vel legitima gravata, vel inofficium est pactum <sup>b)</sup>. Si vero a parentum abscent hereditate, eo minus his solis determinationibus ullo modo obligantur, quam non personam parentum sustineant, et ratione haereditatis ut tertii sint considerandi.

## § 7.

3. *Si parentes proprio nomine agunt  
A. regulariter liberi non obligantur.*

Facta vero perentum, quae proprio nomine ab iis peraguntur, liberi secundum regulam immediate ex lege praestare non tenentur. Quod eo magis extra omnem controversiam est positum, quo maior est concensus ingenitum numeri legum hoc affirmantium. Quarum præcipuas heic afferre et illustrare iuvabit, quam in sequentibus interdum ad ipsa verba erit recurrentum:

*L. 2. C. ne filius pro patre (IV. 13.)* „Ne contra iuris auctoritatem vobis eo, qui patrem vestrum, a quo emancipatos vos dicitis, ad munus civile devocaverat, inquietemini, praeses provinciae providebit.“

*L. 4. C. eodem.* „Patris nomine superstitis filium, nec munerum civilium, nec debiti causa, personali posse conveniri actione, constat.“

*L. 5. §. 16. D. de agnosc. et alend. liber. (XXV. 3.)* „Parens, quamvis ali a filio ratione naturali debeat, tamen aës alienum eius non esse cogenitum exsolvere filium, rescriptum est.“

B 2

Ad

<sup>a)</sup> DE SELCHOW Elementa iuris germ. priv. § 434. (Göttingae 1787.)

<sup>a)</sup> arg. L. 60. § 3. 4. de legis 2. (XXXI.) L. 7. C. de reb. alien. non alienandis (IV. 51.) J. H. BOEHMER diss. de fundamento pastrorum familiae ad fideicomissa inclinantum, c. 2. § 11. n. 12. KNIPSCHILD de fideicomissa familiae c. II. n. 394. seq.

<sup>b)</sup> arg. L. 5. L. 7. C. de inoffic. donat. (III. 29.)

Ad explicandum alias quodammodo obscurum sensum priorum duarum legum, notandum esse enī, in iis voce munerum civilium ea intelligenda esse, quae hodie tributorum et collectarum nomine venire solent. Ipsae enim leges romanae distinguunt inter munera personalia, „quae corporis labore et animi sollicitudine praestantur, et patrimonialia, in quibus sumptus maxime postulantur“ c). Posteriora quum speciatim munera civilia audiant d), eadem et in his legibus designari certum est. — Ex omnibus igitur hisce legibus haec tamquam regula constare videtur: Liberos in genere pro parentibus immediate non obligari ex lege iuris communis e). Haec enim determinatio iuris romani etiam iure hodierno communi in Germania usitato obtinebit, quum nusquam lex germanica inveniatur, quae contrarium fanciat, sed potius antiqua iura illam affirment f).

## § 8.

## B. Cui non obstant spuria quaedam principia contraria.

Cum hoc ita constituto principio nonnulla tamen alia iuris capita pugnare videntur, quae proinde recensere instituti ratio postulat. Neutquam sufficiunt ad revertendam thesin propositam, quum in genere per indirectum legibus derogari nequeat, sed eorum vis probandi restringenda est ad paucas exceptions a regula, quarum fundamenta struunt, et quibus infra maiorem lucem adfundam. Prioris vero effati veritatem iam brevis horum argumentorum expositio magis demonstrabit. Sic enim leges commendant liberi, vt pietatem, reverentiam et obsequium parentibus praestent g), unde deduci posset obligatio, vt eos ad incitas redigi non sinant, sed aere alieno

c) L. I. pr. § 3. D. de muneribus (L. 4.)

d) toti tituli C. de muneribus patrimonialibus, et quemadmodum civilia munera indicuntur (X. 40. 41.)

e) Nec obstat c. I. X. de solut. (III. 23.) verbis: „Sicut filius debita patris solvere tenetur, ita Praelatus sui praedecessoris pro ecclesiae necessitate contracta.“ Non enim obligat filium directe, sed tantum exempli gratia praefato ita onus imponit, solvendi praedecessoris aces alienum, vt filius patris debita in sui necessitatē et utilitatem contracta, iam ex iure communī solvere tenetur. Praeterea haec lex filium ut heredem considerasse videtur, quum de praefato tamquam successore loquatur.

f) Jus feud. Saxon. art. 58. Jus feud. Alemann. art. 83. art. 98. § 2. (edit. minor. Senckenb.) „Der man ist nüt schuldig zu leistende des Herrn Ge-lüde, noch das Kind des Vatters, das sü Ihr Gut ussgebent.“

g) L. 3. L. 5. C. de patr. potestat. (VIII. 47.) L. I. D. de obseq. parent. praest. (XXXVII. 15.) L. 2. D. de iust. et iure (I. I.)

obrutos sublevent, et nominis paterni honorem servare nitantur. Sed leges tantum de obligatione liberorum erga ipsos parentes loquuntur, non vero de obligatione erga tertium ex facto parentum. Praecipue etiam ea tantum officia tangunt, quae liberi parentibus ob patriam potestatem et nexus subjectionis debent. Quae autem ut consequentiae iuris naturae inde fortasse ratione tertii fluunt, non producunt perfectam obligationem iuris civilis. — Porro alii sibi forsitan subsidium querent ex unitate personae, quae inter patrem et filium obtinere dicitur. Vi cuius in negotiis civilibus pro eadem habentur persona, et filius constituitur heres suus. Ex quibus consequi videtur, filium etiam debitis paternis obstringi, quum exinde iam patre vivente quasi in condominio est. Ast haec ratio rem parum relevat, si consideremus, illam supponere liberorum factum, aditionem nempe hereditatis, de quo hec nondum sermo est. Et ceterum unitas personae etiam praecipue relationem inter patrem ipsum et filium respicit, ob quam nulla obligatio et actio civilis inter eos possibilis erat *h*). Deinde obici posset, vt haec argumenta praecipue de liberis suis loquantur, ita etiam ipsas leges inter emancipatos et suos distingue, et dum emancipatos liberent, argumento a contrario ducto, liberos suos parentum aere alieno onerasse videri *i*). Ast hunc rigorem iuris civilis stricti praetor iam mitigavit, concedendo liberis beneficium abstendendi, cuius praecipuus effectus in liberatione a debitis hereditariis confitit *k*). Praeterea etiam noviore iure patri dispositio de ipso peculio adventio, alias ei obnoxio, admota est *l*), et ex legibus antea allatis haec distinctione non penitus appetat. — Quae denique a mutuo iure succedendi, ab onere alendi, vel aliis eiusmodi relationibus liberorum et parentum desumi possent rationes contrariae, non adeo stringunt, vt speciale mereantur expositionem et refutationem. Ne hoc quidem, quod titulo singulari v. c. donationis, aliquid a patre acceptum ferant liberi, quidquam mutat in eorum liberatione a debitis paternis *m*). Non est ergo, ut iis diutius inhaerent, quum regula tradita legali fundamento superstructa, nihilominus inconcusa maneat, id quod evictum dedi.

## B 3

## § 9.

*h*) HEINECCII Institutiones iur. civ. (ex edit. HOEPFNERI) § 101.

*i*) L. 2. C. ne filius pro patre (IV. 13.) verbis: „a quo emancipatos vos „dicitis.“

*k*) L. II. 12. 57. D. de acquir. vel omitt. hered. (XXIX. 2.)

*l*) § 1. Inst. per quas pers. cuiq. acquiritur.

*m*) L. 15. 24. C. de donation. (VIII. 54.)

## § 9.

- C. licet adsinet exceptiones;  
 a. indistincte  
 α. ex onere alendi.

Vti vero nullam regulam esse traditur, quae exceptionibus non sit subiecta, etiam contra huius dogmatis auctoritatem nonnulli inveniuntur casus, in quibus ipsae leges liberis imponunt obligationem, facta parentum etiam proprio nomine peracta praestandi. Quam iis vel indistincte iniungunt, vel alternative sub poena amittendi iuris successionis. Ad priores pertinet onus subsidiarium alendi parentes egenos. Quod quidem onus minime dubium nullam admittit distinctionem inter suos et emancipatos, nec inter puberes et impuberes, sed omnes adstringit o), etiam naturales p), et legitimorum heredes q). Ut vero de necessitate praestandi alimenta consistet, iudicis cognitione et determinatione opus est r). Qui in imponendo onere et in definienda quantitate alimentorum respiciat simul necesse est, ad facultates librorum et ad conditionem parentum s). Alimenta autem praestanda sunt non solum naturalia, sed etiam civilia, atque omnia, quae ad vitae sustentationem requiruntur t). Et licet parentes crimen admiserint, nihilominus a liberis sunt alendi u). Ex hac obligatione ad praestanda parentibus alimenta, legitima vero consequentia ratione tertii duci poterit, ut liberi etiam obligentur, ad solvendum debitum, a parentibus ob alimenta contractum. Requiritur vero, ut liberis iam tunc temporis incubuerit onus alendi, nec parentes »se ipsis exhibere potuerint,« quia liberorum obligatio tantum est subsidiaria, et defectum alimentorum supponit, iisque alias exceptio excusione competit v). Praeterea opus erit, vel ut creditor probet, creditum resipisse alimenta, quia hoc in facto consistit, vel etiam ut parentes hoc bona fide affirment. Gaudent etiam liberi contra parentes, eorumve nomine agentes, beneficio competentiae, quare tantum in id quod facere possunt, convenienti.

o) L. 5. § 1. 13. 16. 17. D. de agnosc, et alend. lib. (XXV. 3.) L. 1. et 2.  
 C. de alend. lib. et parent. (V. 25.)

p) Nov. 89. c. 13. in f.

q) L. 5. § 17. D. de agnosc, et alend. lib.

r) L. 5. pr. D. eodem.

s) L. 5. §. 10. 19. 25. D. eodem.

t) L. 6. L. ult. D. de alim, vel cib, leg. (XXXIV. 1.) WERNHER T. 2. P. 7.  
 obs. 85. n. 167.

u) Nov. 12. c. 2.

v) L. 5. §. 19. D. de agnosc, et alend. lib. arg. Nov 4. c. 1.

venientur<sup>a</sup> w), et quo beneficio etiam aduersus tertium, qui parentibus ad alimenta creditit, vtuntur.

Quum vero parentum onus alendi liberos quoque sit subsidiarium et liberorum ius ad alimenta extinguatur, simulac le ipsos exhibere possunt x), etiam a liberis illud debitum erit exsolvendum, quod parentes ad eos alendos contraxerunt. Adeo enim simul versio in rem liberorum, et parentes potius liberorum, quam proprio nomine egisse videntur.

### § 10.

#### B. ex nonnullis specialibus legibus.

Ad sunt praeterea nonnullae leges iuris romani, quae speciatim obligationem liberorum ad praestanda facta parentum continent, quaeque, vt nihil omissamus, etiam heic afferenda sunt. Ita enim sancit L. 4. C. de primipilo (XII. 63.) „Cum ex sola primipili causa liberos, etiam si parentibus heredes non existant, teneri D. Aurelianu s fanxerit, si neque successivis patri vestro, nec quicquam ex bonis eius tenetis, consequens est, a paternis creditibus vos non conveniri“ y). At si rationem et declarationem huius legis perpendimus, eam omni applicatione hodierna destitui invenimus. Erat nempe primipilus praefectus decimae legionis, et simul annonae militari erat praepositus, quam administrabat. Quum autem reipublicae multum interesset, et conservatio ac sustentatio exercitus inde penderet, vt primipilus munere suo rite defungeretur, nec fraudem admitteret, Romani non solum maiorem ipsi tribuerunt honorem, sed etiam debitum ex hac administratione proveniens tali ornaverunt privilegio, vt pro eo dotem uxoris et bona liberorum obligata iudicarent z). Iam vero perspicitur, hanc legem praecipuam rationem in statu publico romano habere, nec apud nos tale munus existere, in quo ratio legis obtineret, quare eius usus hodiernus omnino negandus est. Nec in genere tale privilegium fisco tribui poterit, quum illo ne iure quidem romano gaudeat, et odiosa in exemplum trahi nequeant. Ita etiam de nostris designatoribus hospitii militaris, vulgo Quartiermeistern, lex non valebit, quum eorum non sit eadem ratio, ac primipilorum a).

Huic

<sup>w)</sup> L. 16. 17. 19. D. de re iudicata. (XLII. 1.)

<sup>x)</sup> L. 5. § 7. D. de agnosc. et alend. liber. (XXV. 3.) arg. L. un. C. de mendicanibus validis. (XI. 25.) J. H. BOEHMERI Introd. in Jus Dig. Lib. 25. Tit. 3. § 6.

<sup>y)</sup> Cui respondet L. II. C. de compensat. (IV. 31.)

<sup>z)</sup> PEREZ ET BRUNNEMANN ad Codicem h. t. (XII. 63.)

<sup>a)</sup> Neque ex legis huius initio deduci potest, ius romanum nullas alias agnoscere obligationes liberorum ad praestanda facta parentum, nisi hanc unicam.

Quili-

Huic legi adiungendae erunt: *L. 2. C. de revocand. his, quae in fraud. credit.* (VII. 75.) „Si successione paterna abstenta fuisti, ob ea, quae in dotem data sunt, convenire te creditores nequeunt, quibus pignora in dotem data non docentur: nisi bonis defuncti non sufficientibus, in fraudem creditorum dotem constitutam probabitur“ et *L. 3. C. eodem* huius argumenti: „Si paterna hereditate abstinuisti, nec quicquam in fraudem creditorum ex bonis eius in te donationis iure transcriptum est, a privatis creditoribus praeses provinciae conveniri te non patietur.“ Quae quidem leges, quamvis re vera generalia principia tantum confirmant, tamen sequentes obligations expresse determinant: I. Quod filia creditoribus paternis ex dote obligata, si bona in dotem data creditoribus hypothecae iure sint obstricta, b) ei si dote in fraudem creditorum constituta probetur. II. Quod omnes vero liberi teneantur, quatenus per donationem patris in fraudem creditorum locupletiores sunt facti. Prior obligatio iam per se subsistit, quam res transeat cum suo onere. Ex utrisque vero tantum colligi poterit, quod liberi propter quodvis lucrum a patre in fraudem creditorum acceptum obligentur, a qua obligatione nequidem dotis constitutio, quamquam privilegiata, liberare potest.

### § II.

*Y. ex versione.*

Altera deinde exceptio a regula: liberos immediate ex lege ad praestanda facta parentum, proprio nomine ab iis gesta, non obligari, repetenda erit ab isto generali obligationis fundamento, versione scilicet. Dissert enim a negotiorum gestione, cuius supra (§. 6.) mentionem feci, dum haec nomine eius, cuius negotia geruntur, peragitur c), versio vero etiam proprio nomine perfici potest d); addo quoque, vt negotiorum gestio per se subsistat et bona fidei sit, propterea quod versio est adiectionis qualitatis, et naturam sequitur principalis actionis, quare in ea non debentur usurae nisi pro-

missae

Quilibet enim non ignorat, quam parva sit harmonia legum romanarum, a tot diversis auctoribus conscriptarum, et ab aliis compilatarum. Quod iam probant sequentes leges, simul aperte alias determinantes obligations liberorum.

- b) Quod etiam fisco ratione pignoris taciti, in bona in dotem data competentis, affirmatur in *L. 6. C. de privileg. fisci* (VII. 73.)
- c) *L. 2. L. 3. pr. D. de negot. gestis* (III. 5.)
- d) *L. 3. C. quod cum eo*, qui in aliena potestate (IV. 16.) *L. 10. pr. D. de iprem verso.* (XV. 3.)

missae e). Comprehendit autem versio omnem utilitatem quomodo cuncte  
vere promotam, omnesque impensas, sine quibus res haberi et conservari ne-  
quit f). Ex hac versione iam oritur tale, ut aiunt, ius ex re, ut tertius,  
qui ex iussu vel contractu parentum in rem liberorum quidquam erogavit, eos  
obligatos habeat, etiam quod bona avita et feudalia, si in haec versum est,  
quoniam ea quoque versione obligentur g). Omnia vero in hac obligatione  
redeunt ad probationem versionis, ab actore suscipiendam h). In versione  
porro a tertio proficidente, praesumti quoque non potest talis amicitia et do-  
nandi animus, qualis in negotiis gestis faepius obvenit, si ipse negotiorum  
gestor, qui aliquid erogavit, nexus sanguinis et amicitiae coniunctus est i).  
Quod quidem ratio est, quare liberi, pro debito, quod parentes contraxer-  
unt, ad satisfaciendum ipsorum officio liberos educandi et alendi, non nisi  
subsidiarie obligati dici poterunt.

## § 12.

*J. ex poena parentibus irrogata  
aa. perduellionis et laesae maiestatis.*

Quamvis etiam in genere delictum ne quidem heredes, multo minus  
liberos tertio obliget, et in eo ius Germanicum antiquum k) amice cum iure  
Romano l) et Canonico m) conspicet; tamen ob parentum delicta, quibus  
nexus subiectionis et fidelitas superiori debita laeduntur, etiam liberis, licet  
innocentibus, poena infligitur. Quod se exserit primum in perduellionis  
et laesae maiestatis crimine. Non moror diversis notionibus et differentiis,  
quas ICti de his criminibus dederunt, et quorum causa inter se disputant,  
sed

e) L. 10. § 5. D. de in rem verso. L. 19. § 4. D. de negotiis gestis. I. H.  
BOEHMER introd. in ius digest. L. 15. T. 3. §. 6.

f) DAN. NETTELEBLADT diss. de successore ex pacto et providentia maiorum ad  
facta ultimi defuncti, licet eius heres sit, praestanda non obligato, c. I. §. 5.

g) Perill. G. L. BOEHMERI principia iuris feudalis § 317. 318.

h) L. 3. § 9. D. de in rem verso.

i) L. 6. § 6. L. 44. De negotiis gestis.

k) *Ius feud. Alemann.* c. 89 § ult. (edit. Senckenb.) „Die Kind solltent des  
„Vatters Schuld nüt entgelten, do sic selber Schuld nüt enhant, wenne  
„das were wider Gott und wider das Recht.“

l) § 1. Inst. de perpet. et tempor. aet. (IV. 12.) L. 38. L. III. §. 1. D. de  
R. J. (L. 17.)

m) c. 6. C. 1. Qu. 4.

sed sufficiet notasse, ea praecipue gradu reatus differre n). Horum criminum vero, praeter poenam ipsis parentibus infligendam, sequentes perniciosos effectus in liberos statuit *Aurea Bulla* c. 24. §. 3. seq. „Bona delinquentis omnia fisco imperiali addicta sunt.“ Quibus etiam feuda adnumerantur, ita tamen, ut hodie non fisco sed domino directo iure territoriali et feudali cedant o). „Filiii vero eius, quibus vitam imperiali specialiter lenitate concedimus, — — a materna vel avita omni, etiam proximorum hereditate et successione habeantur alieni: Testamentis aliorum nihil capiant, sint perpetuo egentes et pauperes. Infamia eos paterna semper comitetur, ad nullum unquam honorem, nulla prorsus Sacra menta perveniant: Sint postremo tales, ut his perpetua egestate fordanibus sit et mors solatum et vita supplicium. — Ad filias sane eorum, qualibet numero fuerunt, Falcidiam tantum ex bonis matris, sive testata sive intestata deceperit, volumus pervenire, ut habeant mediocrem potius filiae alimoniam, quam integrum emolumendum, aut nomen heredis consequantur. Mitior enim circa eas debet esse sententia, quas pro infirmitate fexus minus ausuras esse consideramus, — Emancipationes quoque, quae a predictis, sive in filios, post legem duntaxat latam, sive in filias fuerint collatae, non valeant. — Doctes, donationes quorumlibet, postremo item alienationes, quas ex eo tempore qualibet fraude vel iure factas esse consenserit, quo primum memorati de incunda factione ac societate cogitaverint, nullius statuimus esse momenti. — Vxores sane praedictorum, recuperata date, si in ea conditione fuerint, vt, quae a viris titulo donationis accepérint, filii debeat reservare, tempore quo ususfructus absumitur, omnia ea fisco nostro se reliquias esse cognoscant, quae iuxta legem filii debebantur: Falcidia etiam ex his rebus filiabus tantum, non etiam filii deputetur. — Volumus insuper, ac praesenti Imperiali sancimus edicto, vt etiam post mortem nocentium hoc crimen inchoari possit, aut convicto mortuo memoria eius damnetur, et bona eius successoribus eius eripiāntur.“ — Ampliori huius textus declarationi et commentationi eo facilius supersedere potero, quo maius mihi hac in re fecerit.

n) In legibus distinctam notionem non invénimus. Quum enim C. C. C. art. 124 de proditione, nil contineat, quod huc trahi possit, et A. B. c. 24 qil novi fanciat, sed praecipue juris romani dispositionem repeatat, ad hoc unice erit recurrendum. Quod vero ius romanum in L. ult. D. ad L. iuliam majest. (XLVIII. 4.) tantum perduellionis mentionem facit, et in ea definienda cum ceteris suis legibus non conspirat. Quare tandem sub iis eiusdem generis crimina, gradu tantum distantia, intelligenda esse, concludi debet.

o) Cap. nov. art. 21. § 2. 3.

secerunt otium, tam commentatores in Auream Bullam p), quam Doctores iuris criminalis q). Notandum vero erit, has atroces poenas, quas A. B. liberis minatur, ex usu fori et interpretatione Doctorum tantum in maiori gradu criminis, perduellione scilicet obtinere, nec ad solam laesam maiestatem applicari, quia immo plerumque ex clementia principis liberis remitti r).

## § 13.

## bb. feloniae.

Alter casus, in quo etiam liberi poenam delicti a parente admisisti luunt, adest in felonia. De hac enim sancit ius feudale Longobardicum r). „Vassalli delinquentis filium eiusque descendentes ad feudum amissum nullatenus adspirare posse, nisi id iterum a domino liceat, gratiam libi faciente,“ et tantum agnatos, qui quarto gradu sunt, in antiquo ad illud admittit. Quod quidem posterius in feudo novo exultat, ob defectum agnatorum, a primo acquirente descendantium; in quo etiam quaelibet feloniam feodium domino aperit, liberosque omni iure privat t), quia eorum ius succedendi in haec a patre proficitur. In feudo antiquo vero haec poena tantum obtinet ob veram feloniam, quae laesione fidei vasallitiae in ipsum dominum directum admittitur. Distinguunt enim ipsae leges feudales u) „si vasallus sita in dominum peccaverit, vt feodium amittere debeat, non ad proximos, sed ad dominum beneficium revertatur, vt hanc faltem habeat iniuriae suae ultionem. Si vero non in dominum, sed alios graviter deliquerit et feodium amittit, non ad dominum sed ad proximos pertinet, si tamen beneficium fuerit paternum.“ Voce vero proximorum ipsos descendentes comprehendendi, ex variis rationibus ostendi potest. Ne enim memorem, hanc interpretationem vocabulo quam maxime convenire, quam per se posteros non excludat, ideoque benignior et magis naturalis ratio praferenda sit; ipsius quoque legis contextus hunc sensum demonstrat. Dum enim in vera feloniam feodium „non ad proximos, sed ad dominum reverti“ dicit feudista, aperte libe-

C 2

p) Inter quos eminent LUDEWIG et OLENSCHLAGER in commentariis ad A. B. satis notis, ad c. 24.

q) Quorum primo loco nominandus erit Perill. J. C. QUISTORP in Grundsatzern des peinlichen Rechts Th. 1. § 153. 154.

r) DE BOEHMER ad art. 124. C. C. C. § 9. QUISTORP l. c. §. 154. in f.

s) II. F. 26. 31.

t) II. F. 24. § 3. verbis: „si tamen beneficium fuerit paternum.“

u) II. F. 24. 37.

liberos designat, quoniam agnatorum ius in aliis legibus salvum esse iubet *v*). Si vero pergit, in quasi felonie feudum „non ad dominum, sed ad proximos pertinere,“ per proximos omnino eosdem intelligat neceſſe est. Praeterea in ipsis legibus romanis, filius patris proximus agnatus nuncupatur *w*), a quo non abhorret ius feudale Longobardicum *x*). Et ratio aperturas in casu verae feloniae, „vt hanc saltem habeat dominus iniuriae suae (ſibi illatae) ultionem,“ in quasi felonie cefſat. Quare omnino conſtabit, in quasi felonie patris vasalli filios feudo antiquo non privari, sed tantum in vera felonie, quae in ipsum dominum admittitur *y*).

Iam vero quaeritur, an liberis obſit felonie patris, ayo adhuc feudum tenente? — Sunt, qui negant *z*). Melius videtur, hanc queſtione affirmare, quia pater delinquit, vt vasallus futurus, qui per patrem ſimul invenitus fidelitatem promifit, nec in felonie ſemper poſſeffio requiriuit. Quare etiam deſcendentibus culpa patris obſit, licet avus adhuc feudum poſſideat *a*). — Plane autem hic feloniae effectus deficit in feudis imperii, quippe in quibus ius feudale Longobardicum quoad hanc doctrinam non ſolum non eſt receptum, fed etiam veteris iuriſ Germanici principia ſunt conſirmata *b*). Proinde tantum in caſu proſcriptionis feuda ab ipso vasallo amittuntur, ſemperque filii ſuccellorū in feudum ius salvum manet iþi ex pacto et providentia maiorum competens, multoq[ue] minus aguatis obſeffe poterit proſcriptione *c*).

### § 14.

*b. alternative  
a. ex nonnullis cauſis exhereditationis.*

Aliae exceptiones a regula ſupra tradita, quod liberi ſcilicet regulariter non obligentur ad praeflanda facta parentum, quae proprio nomine peregerunt,

*v) II. F. 26. 31.*

*w) I. 12. D. de suis et legit. hered. (XXXVIII, 16.) „Filius patri adgnatus proximus eſt.“*

*x) II. F. 50. verbis: — „ad ſolos et ad omnes, qui ex illa linea ſunt, ex qua ifte fuit. Et hoc dicitur, ad proximiore pertinere.“*

*y) Perill. G. L. BOEHMERI princ. iur. feud. §. 359. not. a. Perill. D. NETTELBALDT ſ. resp. C. C. WESTPHAL diſſ. de effectu feloniac vasalli quoad ſuccellores feudales legitimos innocentes §. 32. C. M. MÜLLER diſſ. de obligatione ſuccelloris feudalis ex facto antecelloris c. 3. § I. n. 13.*

*z) MÜLLER I. c. c. 3. § 3.*

*a) WESTPHAL I. c. §. 33.*

*b) Capit. nov. art. 20. §. 8. Perill. G. L. BOEHMER I. c. §. 500.*

*c) WESTPHAL I. c. § 41. 44.*

runt, inveniuntur in obligationibus alternativis, a liberis praestandis, sub poena amittendi iuris successionis. Licit enim ius tertii in his obligationibus concurrat, tamen leges arbitrio et electioni liberorum reliquerunt, utrum ius succedendi salvum habere, et heredes parentum fieri velint, nec ne. Posteriori casu omnino efficacia harum obligationum destruitur, nec liberi obligantur. Quod quidem quamplurimum continget, si hereditas parentum aut tenuis aut debitis exhausta est. Nec liberis incumbens obligatio attendenda est, si parentes fuerunt divites, quia tunc hereditas tertiorum iuri satisfacit. Si vero liberi ius succedendi servare, et heredes fieri volunt, non est dubitandum, quin ad satisfaciendum his obligationibus teneantur.

Huc primum pertinent nonnullae caussae exheredationis liberorum, in quibus ius tertii concurrit, quaeque impia facinora puniunt leges non solum libertate exheredandi parentibus concessa, sed etiam ademptione hereditatis ipsis, etiam institutis, reliæc. Quae quidem obtinent I. Si liberi parentis furiosi curam gerere neglexerunt *d)*. Quo casu tertio extraneo, qui „prævia attestatio heredibus legitimis et testamentariis facta, furiosum apud se recepit, ei propriis sumitibus ad mortem usque aluit,“ paternam hereditatem relinquere liberi coguntur, quae iis ut indiguis auferunt; reliqua tamen testamenti capita haud vitiantur. Convalescenti vero patri potestas est, utrum liberos ingratos velit exheredare, an instituere. — Cui respondet altera cauſa exheredationis: II. Si captos parentes non redemerint *e)*. Huic similis poena adiecta est, ita ut patre in captivitate decedente, liberi tamquam indigni ab hereditate remoti bona hereditaria ecclesiae loci cedere debeant. Redeunti ex captivitate patri facultas exheredandi concessa est. Cuius rei exemplum facile dare posset praesens bellum contra Mahomedanos, quippe qui adhuc eadem crudelitate in captivos faeviunt, qua hostes Romanorum olim in suos captivos usi sunt, adeoque legis ratio obtineret. — Cum quo alter convenit casus, III. Si liberi parentes ob debitum vel crimen carceri inclusos fideiustione liberare noluerint *f)*. Cui quidem sola libertas exheredandi in poenam flatuta est. Intervim requirit Novella haec determinans, ut filii rogati sint a patre, iisque idonei, et ad filios restringit obligationem. Tertio creditori ergo filii pro patre inclusio et liberando fideiustionem praeflare debent, si succedendi ius sibi servare velint. Atque usus huius obligationis etiam in patre non gente se ostendere potest, si ob deficientem paratam pecuniam propter debitum cambiale carceri sit inclusus, vel si patris, delicti cuiusdam rei, captivitatem

*d) Nov. 115. c. 3. §. 12.*

*e) Nov. cit. §. 13.*

*f) Nov. cit. §. 8. HERING de fideiussoribus c. 7. n. 348 seq.*

fideiussione pro privata satisfactione mitiorem reddere possit filius, licet ex moribus nostris per fideiussioneum penitus a carcere patrem delinquentem liberare nequeat. — Denique huc referenda est causa exheredationis IV. Si liberi prohibuerunt parentes testamentum condere g). Quod facinus hos habere potest perniciosos effectus. Si postea parens nihilo minus testatur, libera ei est facultas liberos exheredandi. Sine testamento dececente parente, iis, qui probare possunt, se heredes vel legatarios suis scriptos, si prohibitio non intercessisset, ius est datum, reparationem huius laetionis a liberis exigendi. Quare igitur haec causa exheredationis tali gaudet effectu, quali nulla antecedentium. Vsum vero hodiernum omnium harum causarum exheredationis nemo in dubium vocabit, quum etiam summi nominis ICti eum affirment h). Reliquae vero causae exheredationis hic non pertinent; quia inde non oritur obligatio liberorum ad praeflanta facta parentum.

## § 15.

B. ex textu II. F. 45. cuius ostenditur  
aa. extensio.

Altera obligatio alternativa liberorum ad praeflanta facta parentum invenitur in satis famoso illo textu II. F. 45. et 51. 4. iis, ut vel feudum et alodium simul retineant, vel vitrumque repudient, iniungente, atque hanc obligationem satis distincte determinante. Sed si effectus inde provenientes consideramus, tales, quales vulgo praedicantur, non aequae distincte inde profluent. Licet enim ICti summi nominis in eorum expositione desudaverint, tamen non vbiique eadem invenitur harmonia, quae adesse deberet, si communis opinio omnibus dubitationibus expedita esset. Periclitemur igitur, vitrum hos effectus, communi opinatione, quam etiam nostram facere liceat, defensores, ita evictos dare possimus, ut nulli prorsus dubitationi sint subiecti. Rationem huius dispositionis quaevisserunt alii in reverentia patri debita, alii in patria potestate, alii in aequitate, alii in principiis iuris romani, neminem pro parte testatum et pro parte intestatum decadere posse, vel in antiqua et nunc eo renovata necessitate suorum adeundi hereditatem paternam i). Mihi placet,

g) Nov. cit. §. 9.

b) KOCHE de successione ab intestato §. 116. HOEPNERI Commentarius ad Institutiones §. 703. J. H. BOEHMERI Introd. in Jus Digest. L. 28. T. 2 §. 17. seq. HELFELD Jurisprud. forensis §. 1424.

i) Perill. D. NETTEBLADT s resp. KRETZSCHMER de successore ex pacto et providentia maiorum, ad facta ultimi defuncti, licet eius heres sit, praeflanta non obligato, c. 3. S. 2. §. 3. not. A LUDEWIG diff. de obligatione successoris in principatus et clientelas, c. 5. §. 4.

placeat, quae et in servis Romanorum heredibus necessariis obtinebat ratio, ut scilicet honor defuncti servetur, dum heres solutionem aeris alieni suscipiet k).

Sed antequam ad thema principale transeo, definiendae adhuc erunt quaedam quaestiones, textus extensionem et valorem respicientes. Nonnulli enim ICti crediderunt, in novo tantum feudo hanc dispositionem obtainere; alii ad feuda mere hereditaria eam restringendam esse, opinati sunt l), rationem in eo ponentes, quod haec feuda, ut pars hereditatis defuncti, ab ipsa hereditate neutquam divellenda, considerari debeant; qua interpretatione naturali textui singulari esse subveniendum putarunt. — Sed nec de novo feudo solum valebit textus, quem ipse paterni feudi, agnatorumque tunc succedentium mentionem faciat, ac id novo opponat, et in genere de feudo loquatur. Nec etiam ad mere hereditarium tantum pertinebit, quem neque lex ipsa destinguat; neque de feminis, quae in mere hereditario etiam admittendae essent, aliquid sanciat, et potius de masculis, quin immo de agnatis alias in iis, non nisi subsidiarie, admittendis, memoret; neque denique ea aetate, qua conciperetur, hereditaria feuda nota essent m). Praeterea etiam neque iudici, neque ICto privato licebit, interpretatione arbitraria legem singularem amplius iusto restringere, quippe quorum officium tantum in observandis et exsequendis legibus versatur. Alias vero semper quam strictissime interpretandum esse textum, lubenter concedo, si de eius effectu sermo est, atque hoc eo magis, quem sit singularis et adeo poenalis n).

### § 16.

bb. *praecedentia textus prae legibus germanicis antiquis.*

Altera quaestio praecliminaris enucleanda haec est: An hic textus iuris feudalis Longobardici praferendus sit veteri iuri Germanico contraria sancient? — Certum quidem est, ius antiquum Germaniae permisisse filio, feudum absque allodium habere et vice versa alterum ab altero separare o). Enim vero

k) NETTELADT I. c.

l) GAIUS Lib. 2. obs. 154. n. 10. MYSINGER cent. 3. obs. 67.

m) III. I. L. B. BOEHMER tr. de filio vasalli successore in feudum c. I. §. 9. MOELLERI usus practicus distinct. feud. c. 16. dist. 7. not. 8. a LUDEWIG I. c. c. 5. §. 6.

n) DE BRAUN: Ob der Sohn das Lehn behalten und die väterliche Erbschaft fahren lassen könne? in SCHOTTS Iurist. Wochenblatt 4. Jahrgang n. I. p. 15. 20. seq.

o) *Ius prov. Sax.* L. 2. art. 21. *Ius feud. Sax.* art. 58. *Ius feud. Alemann.* art. 98.

vero et hoc certum credo, huius constitutionis hodie nullum superesse usum, adeoque etiam in iure communi feudali iuris Longobardici praevalere dispositionem, quamvis non desint, qui contrarium tueantur *p*). Constat enim, harum legum collectionum nullum nisi historicum esse usum, propterea quod et privata auctoritate compilata et numquam in universa Germania in iudicis observatione sunt. Iuris feudalis Longobardici vero auctoritatem nemo in dubium vocabit *q*). Praeterea haec ipsa iuris Longobardici constitutio in plurimis Germaniae terris expressa confirmatione pollet, adeoque inductione licet incompleta usus illius demonstrari posset *r*), quem etiam omnes recentiores locuti uno quasi ore affirmant *s*). Et quas contra hanc sententiam adseruntur argumenta, non solum eam non destruunt, sed adhuc magis illustrant. Provocatio enim ad valorem tantum subsidiarium iuris Longobardici ita intelligenda est, ut huic iuri legibus provincialibus, non vero privatis veteribus legum collectionibus derogetur. Filios etiam olim in omnibus alienationibus feudorum consentire debuisse nihil probat, euan et hodie absque eorum consensu quaevis alienatio sit nulla *t*). Quare nec diplomata hac de re in computum veniunt, nec praecuditicia vetera iuxta antiquum ius Germanicum formata, quia iis tot noviora praecuditicia contraria opponi possunt *u*), et praeterea sententiae non ius ipsum constituant, sed tantum applicationem ad factum demonstrant, quae, si perverse facta est, mutari debet. Neque etiam hoc affirmari poterit, hunc textum in iure communi Germaniae non esse receptum, quam totius iuris feudalis Longobardici receptio in genere, per se iam receptionem partis involvat; et contrarium defendantes hoc probare teneantur. Quae probatio ex ante allatis rationibus certe numquam perfici poterit,

## § 17.

*cc. effectus in utraque successione  
α α. ratione allodii.*

Quibus generatim praefrustis iam transeundum erit ad quaestionem illam principalem controversam: Quatenus scilicet filius, secundum textum II. F. 45. patri in allodio et feudo simul succedens, teneatur ad suscipiendas

*p*) A LUDEWIG in cit. diss. c. 6. §. 2. seq.

*q*) Per il. G. L. BOEHMERI princ. iur. feud. §. 30. 32.

*r*) Quas omnes ipse A LUDEWIG I. c. c. 6. §. 4. collegit, coque usum textus, quem negavit, probatum dedit; adde I. L. B. BOEHMER I. c. c. I. §. 15. not. *r*).

*s*) Conf. instar omnium Per ill. G. L. BOEHMERI princ. iur. feud. §. 140. v. et filii tract. cit. c. I. §. 15.

*t*) II. F. 39. 55. G. L. BOEHMERI princip. iur. feud. §. 253—266.

*u*) I. L. B. BOEHMER I. c. c. I. §. 15. not. *s*).

endas obligationes a patre tertio debitas, coque ad praestanda facta patris v)? Non moror diversis locorum de hac quaestione sententiis, quippe quarum expostio et resolutio nimis me deduceret a proposito. Potius responcionem ad quaestionem motam hisce duobus momentis, quae evincere fas sit, absolvit posse, opinor: I. Vasalli filio in allodium et feudum simul succedenti incumbit, praestare non solum ex allodio omnes obligationes veras, licitas, non personalissimas patris, atque hinc solvere eius aes alienum, sed etiam ex fructibus feudi in subsidium creditoribus paternis, salvo tamen beneficio competentiae, satisfacere eum oportet. II. Facta vero patris, respicientia alienationem feudi, vel alias einsmodi illicitas dispositiones ipsius feudi substantiae filius succedens praestare non obligatur w).

Quod ad prius attinet, sequenti modo quam luculentissime probari potest. Iuris romanii non vilem auctoritatem esse in iure feudali constat x) et praeципue in iis casibus, in quibus identitas rationis et nexus obtinet y). Iam vero aequae evictum est, textum II. F. 45. filium in feudum et allodium simul succedentem ad onera et debita hereditaria obligatum iudicare, dum totam dispositionem rationem in imponenda haec obligatione positana esse patet, et per argumentum a contrario ex eo textu profluit z). Quid vero sub hoc onere hereditario comprehendendi liceat, et quoisque filium obliget, ex iure romano dijudicandum erit, quia textus onus hereditarium seu obligations hereditatis allodialis beneficio feudali opponit. Comprehendit iam ius romanum sub onere hereditario omnes veras obligationes defuncti, quae non sunt personalissimae, nec contra ius prohibitivum a). Proinde etiam hoc pertinet omne aes alienum a patre contractum, quum bona non intelligantur,

v) Licet ex instituto ordine totius huius commentationis hanc quaestionem ad alteram eius sectionem reservare debuisse, quia successio filii in utrumque est factum obligans, tamen ob connexitatem illam hec subiungere melius fore credidi, nec me vituperationem meritum esse, speravi.

w) Cuius quidem sententiae auctores habeo III. I. L. B. BOEHMER de filio vasalli successore in feudum, AE. L. HOMBERG Zu Vach in epistola ad diff. inauguralem sub eius praesidio habitam A LATTE de patre vasallo liberis exhereditatione vel inaequali feudi divisione ne iure longobardico quidem praeiudicante.

x) II. F. I. 24. §. 9. 58. §. 5.

y) Perill. SCHNAUBERT in commentario ad Ius feudale §. 9.

z) Perill. NETTELBLADT in cit. diff. c. 4. §. 5.

a) L. 59. 87. 149. 175. §. I. 177. de R. I. (L. 17.) L. 7. C. de liberali causa (VII. 16.) Ill. I. P. WALDECK Institutiones iuris civilis. §. 449.

tur, nisi deducto aere alieno *b*). Obligat vero ius romanum heredem non solum quoad substantiam viresque hereditatis, sed etiam quoad ipsius heredis bona, ut defuncti obligationibus satisfaciat *c*). Quam autem minime dubium sit, fructus feudi ad allodium filii vasalli referri, adeoque ad eius bona pertinere, dum beneficium feudale praecipue in dominio utili et usufructu consistit *d*); aequo evidens videtur, filium heredem patris obligatum esse, ad satisfaciendum patris obligationibus veris, licitis nec personalissimis, non solum ex bonis allodialibus defuncti, suisque propriis bonis, sed etiam ex fructibus feudi *e*). — Quod quidem ultimum a nonnullis ICtis in dubium vocari voluit *f*), quorum vero argumenta facile removeri possunt. Si enim credunt, textum hanc obligationem distincte non iniungere, eius contrarium ex ante peracta demonstratione satis elucebit. Quare opus non est, vt haec obligatio ex natura feudi antiqui proveniat, quam etiam ius romanum rem decidat, nec ius germanicum vel universale aliud sanctiat, vel particolare ab hac sententia abhorreat, sed potius passim e. g. in Saxonie *g*) eam expresse affimet. Ex iuri communis sententia ergo fructus feudales filii heredis creditoribus etiam obligantur *h*), salvo tamen beneficio competentiae, quod iure romano et ex natura feudi habet filius successor, ut infra mox pluribus ostendam.

### § 18.

#### B. ratione feudt.

Quoad alterum momentum responsionis ad propositam quaestionem (§. ant.), quod scilicet filius patri in feudum et allodium simul succedens non

teneat

*b*) L. 39. 165. de V. S. (L. 16.)

*c*) L. 8. D. de aeq. vel omitti. hered. (XXIX. 2.) L. 10. C. de iure delib. (VI. 30.) L. I. §. I. D. de exc. rei vend. (XXI. 3.) L. 14. C. de R. V. (III. 32.) L. 24. C. de donar. (VIII. 54.)

*d*) II. F. 23. G. L. BOEHMERI princip. iur. feud. §. 344.

*e*) cf. I. L. B. BOEHMERI tr. de filio vasalli successore in feudum c. I. §. 12.

*f*) Vti novissime fecit III. Posse, Ueber die Sonderung reichständischer Staats- und Privatverlässenschaft §. 65. not. *c*), qui provocat ad NUTTELBALDT diff. saepius laudatam, de successore ex pacto et providentia maiorum, ad facta ultimi defuncti, licet eius heres sit, praestanda non obligato *c. 3.* Sed illius sententiam nimis extendisse viderur, dum hic vir de factis ultimi defuncti institutu feudi, vel quae feudum ipsum concernunt, loquitur *c. 3.* §. 7. *c. 4.* §. 1. quin immo nostram sententiam confirmat *c. 4.* §. 5.

*g*) LAUEN von der Lehnshölde der Söhne in sächsischen Lehnern. §. 29. in SCHOTTIS Jurist. Wochenblatt 3. Jahrgang n. 7.

*h*) Petill, G. L. BOEHMERI princ. iur. feud. §. 140. ibique citati.

tenetur ad praestanda facta patris resipientia alienationem feudi, aut alias eius generis illicitas dispositiones ipsius fendi substantiae, hoc, inquam, par modo probatum dari posse opinor, et quidem non una tantum via. Primum enim ipsae leges feudales omnem alienationem similesque dispositiones abs que consensu domini directi et vasallorum dicunt ipso iure nullas ac invalidas ab initio *i*), quare pro non existentibus erunt habendae. Obligatio non existens in heredes non potest transmitti. Ergo etiam facta patris alienationem similesque feudum ipsum sufficientes dispositiones spectantia filius heres prae stare non necesse habet. — Porro ipsae leges romanæ heredem ex factis defuncti eatenus tantum obligatum iudicant, quatenus haec sunt legitima, nec contra legem prohibitivam *k*). Alienationibus vero feudi, sive nihilque dispositioni talem obstat legem prohibitivam constat. Proinde heres nec eas ratas habere debet, sed iure sibi competenti uti potest *l*). — Denique etiam ex iure romano, dispositioni defuncti tantum ipsius et heredis propria bona sunt obnoxia *m*), non vero ea, quae ad neutra horum pertinent. Quum vero feuda et fideicomissa, in quibus datur successio ex pacto et providentia maiorum, et quae legi restitutio sunt subiecta, bonis nec defuncti nec heredis adnumerari queant, sequitur, in iis etiam dispositiones defuncti locum non habere, nec heredem ad eas praestandas esse obligatum *n*).

Quae quum ita sint, atque haec argumenta luce meridiana clariora thesin defensam probent, fortassis, ut eo perfectius probatio absolveretur, nunc ad removendas rationes obstantes mihi esset progrediendum. Interim, quoniam viri illustres NETTELBLADT et I. L. B. BOEHMER *o*) hanc doctrinam

D 2 speci-

*i*) II. F. 39. 42. 52. II. F. 55. verbis: „alienationes illicitas haec non perpetratas hac praesenti sanctione cassamus et in irritum deducimus, nullius temporis praescriptione impedita, quia quod ab initio de iure non valuit, tractu temporis convalescere non debet.

*k*) L. 55. D. de legis *l*. (XXX.) L. 112. §. 3. eodem. Nov. I. c. I. pr. L. 27. D. de condit. insit. (XXIX. 7.)

*l*) Quod quidem luculentius demonstravit III. I. L. B. BOEHMER in tr. de filio vasalli successore in feudum c. 2. §. 3. seq.

*m*) vid. LL. cit. not. *c*).

*n*) Hoc argumento usus est Perill. NETTELBLADT in diss. de success. ex pacto et providentia maiorum ad facta ultimi defuncti, licet eius heres sit, praestanda non obligato; ut et G. H. BRÜCKNER in diss. de dispositione parentum vasallorum inter liberos suos quoad feuda §. II. seq.

*o*) II. cc. adde etiam AE. L. HOMBERG ZU VACH s. resp. LAPPE diss. de patre vasallo liberis exhereditatione vel inaequali feudi divisione ne iure longobardico quidem praeiudicante.

speciatim tractantes argumentis contrariis abunde satisfecerunt, non est, ut iis dictius inhaerem, qui tantum ab iis dicta repetere possem, quo tamen hanc commentationem nimis ampliare. Itaque ad eorum luculenta provocare scripta sufficiat. Hoc unum tantum addere mihi sit licitum, quod, si in primo allato arguento dixerim, omnem alienationem similemque dispositionem esse ab initio nullam, hoc ratione filii ut heredis necessarii ita intelligendum sit, ut filio competit ius revocandi feudum alienatum, licet pretium refundere debeat, quod tunc ut heres allodialis sine causa tenet p).

## §. 19.

## Continuatio.

Iam si quaestio movet, quinam casus sub prohibitis alienationi similibus dispositionibus, quas filius praefare non obligatur, intelligi debeant? res non adeo est decisiva. Licet enim huc referatur translatio dominii et constitutio hypothecae pignorisque q) ut etiam heredis institutio r); ideo tamen hoc in genere de quavis translatione iuris realis praedicari non poterit, quoniam servitutis impositio ipsi sit permissa s). Et quoniam ususfructus ad species servitutum refertur, eaque tantum personalis, et fructus feudi ad allodium filii pertineant, patrem etiam in praeiudicium descendantium ut heredum necessariorum, feudi usumfructum extraneo constituere posse recte defenditur t). Quod adhuc magis confirmatur libertate testatori iure romano concessa, ut etiam res aliens, ipsisque heredis valide possit legare, modo sciverit, rem esse alienam u). Si ergo pater testamento usumfructum feudi conslituit, opus est, ut filium aequre honoret ac oneravit v). Quod si non fecit, aut inter vivos usumfructum constituit, filii eti legitimam salvam habeant, tamen vtuntur beneficio competentiae. Ex his omnibus autem constabat, dispositiones patris, quae ipsius feudi substantiam concernunt, ut raras habeant nullo modo obligari filios, sive testamento, sive inter vivos sint adornatae, licet ut heredes allodiales teneantur pretium feudi revocati, quod sine causa habent, restituere. Dispositiones vero patris, fructus feudi eiusque usum concernentes,

cate.

p) I. L. B. BOEHMER I. c. c. 3. §. 4.

q) II. F. 52. 55.

r) I. F. 8.

s) II. F. 8.

t) Perill, G. L. BOEHMERI princ. iur, feud. §. 263.

u) §. 4. Inst. de legislat. L. 39. §. 7. D. de legislat. I. (XXX.) L. 25. C. de fidei commissis. (Vl. 42.)

v) I. L. B. BOEHMER I. c. c. 2. §. II.

eatenus filios tantum obligant, quatenus, si testamento factae, honorati sunt, nec aliqua lex prohibitiva adsit; et si inter vivos adornatae, quatenus iis alimenta filii in fraudem legis non sunt admota, —

Ceterum quilibet, etiam me non monente, perfpiciet, filio in allodium et feudum simul succedente, hac coniunctione iura successionis universalis et singularis non coalescere, nec successionem hereditariam fieri. Quod quidem in eo se exserit, quod ad aes alienum patris solvendum paratus filius vasallus feudum repudiare v. c. in gratiam proximi agnati, et allodium sine feudo habere potest *w.* Nec minus evidens videtur, debita proprie feudalia semper a quolibet possesso feudi persolvi debere nullo habitu respectu heredis allodialis, quum ut onus feudale ipsi feudo inhaereant, quare specimen heic in computum non veniunt *x).* Haec omnia vero de iure communium tantum intelligenda esse satis appetet, nec dubitandum est, legibus particularibus vel ob singularem qualitatem feudorum statui posse contraria *(†)*.

### § 20.

ad. *restrictio per beneficium competentiae.*

Quod vero beneficio competentiae fruantur filii, tam ex iure romano, quam praecipue ex natura feudi evinci potest. Iure romano militibus datum est beneficium competentiae, adeo ut condemnati eatenus tantum, quatenus facere possunt, cogantur solvere, et ratio haberri debeat, ne egeant *y).* Verum iam constat, vasallos militibus aequiparandos esse, prout totius systematis feudalis fundamentum in praestatione fidelitatis et servitiorum militarium positum est. Quare non dubitari poterit, filios obaerati vasalli in feudo ipsi succedentes, tamquam vasallos eodem beneficio competentiae gaudere, — Quod vero argumentum tantum in feuda militaria quadrat et in non militibus deficit, ideoque sequens ex natura feudi deponitum argumentum fortasse preferendum erit, si primum ad constitutionem ususfructus et deinde ad ipsum aes alienum applicamus. Quum enim leges feudales omnem alienationem

D 3

*w)* HOMBERG ZU VACH in epistola ad cit. dist. p. 46. I. L. B. BOEHMER c. l. c. I. §. 11.

*x)* Perill G. L. BOEHMERI princ. iur. feud. §. 314. MÖLLER I. c. c. 21. dist. 3.

*(†)* Exemplum praebent feuda Megapolitana, quae in subsidium aerii alieno obligata sunt, cf. Proiect des Mecklenb. Lehnrechts Tit. VI. art. 5—7. apud LÜNING in Corp. iur. feud. Germ. T. II. p. 1592. MÖLLER I. c. c. 16. dist. 7.

*y)* L. 6. pr. L. 18. 19. D. de re iudicata (XLII, I.) I. H. BOEHMERI Introd. in Ius Digest. L. 42. T. I. §. 36.

nationem similesque dispositiones prohibent, addunt simul rationem, quod ob feudum alienatum vasalli servitia praestare non possent, dominus ea auitat et honor imperii minuatur <sup>a)</sup>. Praeterea sanciunt, nihil in fraudem harum legum machinari vel sub colore investiturae seu alio signo contra eas excogitari debere <sup>a)</sup>. Quodsi vero pater in praeiudicium filii successoris, totius feudi usumfructum constitutre posset, ratio prohibitionis locum inveniret, quod scilicet filius vasallus servitia praeflare non posset et in fraudem legis actum esset. Quare constitutio ususfructus patri non aliter concedi poterit, quam alimentis filio successori salvis. Refertur enim haec constitutio quoque ad species alienationis <sup>b)</sup>, et iura patris in feudum iis aequiparanda sunt, quas ex dominio ex tunc revocabili ius Romanum tribuit. Cum quo adhuc convenit, quod textus II. F. 8. servitutis valorem tandem tantum affirmat, quamdiu vasallus ipse feendum tenet, non vero descendentes simul expresse obligatos declarat. Et iure Germanico antiquo alimenta filio subministranda et sumptus ad prasstationem servitorum iam tali gaudebant favore, ut filiae non solum a successione accercentur, sed ne quidem dotem ex feudo haberent <sup>c)</sup>. Licet etiam fortasse obincetur, rationem prohibitionis hodie cessare, quia usus servitorum militarium deficiat; hoc tamen non in genere valebit, quum partim iis praefatio vel certi numeri equorum militarium, vel ipsius militis instruci et armari, vel denique determinatae quantitatis pecuniae substituta sit, partim in sollemnibus occasionibus ipsa servitia aulica adhuc exigantur <sup>d)</sup>.

At, nomine hoc beneficium competentiae quoque valebit in fructibus, qui creditoribus in subsidium obligati praedicantur? Certe in iis eandem limitationem producere videtur, ita ut scilicet filio successori alimenta salva manere

<sup>a)</sup> II. F. 52. verbis: „ac ita omnibus exhaustis suorum seniorum servitia subterfugere: per quod vires imperii maxime attenuatas cognovimus, dum proceres nostri milites suos, omnibus beneficiis suis exutos ad felicissimam nostrorum numinis expeditionem nullo modo transducere valeant.“ II. F. 55. „unde, debita servitia amittant, et honor imperii et nostrae felicis expectationis complementum minuebatur.“

<sup>b)</sup> II. F. 52. ibi: „vel aliquid in fraudem huius legis machinari tentaverit, pretio „ac beneficio se caritatum cognoscat.“ II. F. 55. „ne tale (novae investiturae) signum vel aliud ulterius in fraudem huius nostrae constitutionis excogiteatur, modis omnibus prohibemus.“

<sup>c)</sup> BRÜCKNER I. c. §. 12.

<sup>d)</sup> SELCHOW Elementa iuris germanici privati §. 319. (Göttingae 1787.)

<sup>e)</sup> PERILL. G. L. BOEHMERT princ. iur. feud. §. 241. DE SELCHOW I. c. §. 117.

nere debeat e), quem etiam in subsidium tantum teneantur fructus, et alias patri facile in fraudem prohibitae alienationis agendi facultas proponeretur, si loco alienationis ingens aes alienum contraheret, et fructus omnes futuros filii creditoribus assignare posset, quod idem esset, ac si fendum alienasset. Et haec restrictio adhuc eo magis confirmatur, partim quod re publicae interest, conservare familias nobiles, quae pessimumdarentur tali abusu fidei, ipsis textu II. F. 45. conciliatae et suadentis, ne tollatur haec dispositio f); partim quod haec interpretatio restrictiva naturae feudi, eiusque fini, sicut etiam toti systemati iuris feudalis Longobardici maxime est conveniens. Quare ea, quae supra (§. 17.) de obligatione filii ad satisfaciendum creditoribus paternis ex fructibus feudi tradidi, cum hac restrictione erunt intelligenda.

## § 21.

cc. exceptiones ab ipsa obligatione alterna referuntur.

Sunt vero nonnulli casus, in quibus liberi ab ipsa obligatione alterna feudum et allodium vel simul retinendi vel simul repudiandi liberantur, quos etiam recensere instituti ratio postulare videtur. Primus in ipso textu II. F. 45. continetur. Si filius feudum et allodium repudians a domino, agnatis tamen consenserit, quasi de novo beneficio investitur. Quae quidem exceptio praecepit in feudo novo vel in antiquo nullis agnatis existentibus proderit; horum enim consensus difficultis erit obtenui, nisi fortasse filius feudo iure antiqui concessio de novo investiatur, id quod omnino licet g). Quod enim huic obicitur, hoc non licere in praediudicium creditorum h), non utique verum est, quum textus creditoribus tantum per indirectum faveat, repudiato feudo non ad creditores sed ad agnatos perveniente i). — Alter casus, quo obligatio liberorum alterna cessat, obtinet, si filius non simul est heres in allodio k). Quod quidem fieri potest, si est vel exhereditatus vel praeteritus, vel in re certa tantum institutus, quia textus II. F. 45. totius hereditatis aditionem requirit, nec obligatio filii testamentum patris impugnandi existit. Huc vero non pertinet casus, quo nepos patre praemortuo, vel repudiata eius hereditate antequam successio patri delata est,

avq

e) D. G. STRUBEN rechtliche Bedenken T. I. Bed. 6. LEYSER Sp. 664. m. 35.

f) I. L. B. BOEHMER I. c. c. I. §. 16.

g) DE BRAUN: Ob der Sohn das Lehn behalten und die väterliche Erbschaft fahren lassen könne? in SCHOTTS Jurist Wochenbl. 4. Jahrg. n. I. p. 29.

h) MOELLERI usus practicus distinct feudal. c. I. dist. 7. ibique citati.

i) I. L. B. BOEHMER I. c. c. I. §. 8.

k) SCHNAUBERT in commentario ad ius feudale §. 140. not. 2.

avo in feudum succedit. Quo facto avi hereditatem amplecti debet, eiusque creditoribus obligatur, licet patris hereditati se immiscere non teneatur *l).* Pariter etiam pater successionem in feudum in commodum filii vel repudiare, vel bona fide feudum refutare poterit; quo facto filius post mortem patris hereditatem repudiare potest, quia feudum non morte patris acquisivit *m).* — Tertia exceptio ab obligatione alternativa se exserit in simultanea investitura, quum hoc casu proprio iure et ex condominio ipsi competente succedat filius. Nec hoc aliquid mutat, quod simultaneam investituram aere alieno privato patris iam contracto acceperit *n).* — Quartus denique exceptus casus obvenit, si hereditas allodialis adeo locuples est, ut aeri alieno sufficiat. Tunc enim ratio legis cessat, nec creditorum interest, an filius hereditati allodiali se immisceat, quam locupletem filius non facile recusabit. Et si quis obiciat, agnatorum interesse, ut utrumque vel retineat, vel repudiet, quia repudiatum feudum ad ipsos pertineret, hinc quidem responderem; non in agnatorum favore legis rationem esse possum *o).*

### § 22.

*ff. usus cum beneficio inventarii  
— gg. non usus in bonis avitis.*

Ad absolvendum eo perfectius hanc doctrinam non abs re erit, non nullas adhuc paucis attingere quaestiones circa eam obvenientes. Primit erit: an et quatenus liberis licet feudum et allodium simul cum beneficio inventarii retinere? Beneficio inventarii illis uti licere omni dubitatione carere videtur, quum leges feudales Longobardicae contrarium non sanciant *p).* Sed quosnam effectus hic usus producat, quodammodo est controversum. Interim amplectenda erit sententia, quae hoc casu quidem omnia iura et bona filii propria non obligata censet, attamen fructus feudi inde non liberatos indicat. Constitutio enim iuris feudalis plane everteretur, si fructus eam obcausam liberentur, quum beneficio inventarii idem obtineret filius, ac si feu-

*l)* Nec est iniusta extensio legis, ut de BRAUN l. c. affirmat. quum nepos et filius eodem iure utantur. L. 84. 201. de V. S. (L. 16.)

*m)* I. L. B. BOEHMER l. c. c. I. §. 19.

*n)* SCHNAUBERT l. c.

*o)* Spurius nonnullas ICtorum exceptions exponit et refutat de BRAUN l. c. p. 32. seq. An præterea casus, quod nullum existat allodium, cogitat queat, dubito, quum ad minimum vestimenta et alia suppelleficia necessaria feudo adnumerari non possint, et forsitan nulli fructus feudi aderunt.

*p)* Perill. G. L. BOEHMERI princ. iur. feud. §. 313.

dum absque allodio retinuisse, quod tamen absurdum esset <sup>q)</sup>; et fidei, a tertio ob hanc filii obligationem patri datae, fraus fieret. Nec haec sententia eo infringitur, quod quidquid de feudo ipso valet, etiam de fructibus valere debeat, quum omnino heic distinctio quaedam admittenda sit, et aet alicenum non ipsum feudum, bene tamen fructus, tamquam ad allodium pertinentes afficiat. Et si diceretur, filium ius fructus feudi percipiendi ut proprium habere, adeoque ipsi salvum manere, hoc tamen non sufficeret, ad producendam absurdam legisque rationi contrariam consequentiam. — Aut vero tunc ipsi proderit beneficium competentias? Verum hoc esse utique videtur. Nam quatenus servitia ipsa praestanda vel adoha redimenda erogationem sumitum a vasallo postulant, eatenus hi vi onus reale feudo inhaerens ante omnia sunt praeferendi, et non secus ac ipsum debitum feudale cetero aeti alieno praebunt, quod tantum in subfidium ex fructibus perfolvi debet. Et quoniam vasallus servitia praestare nequit, nisi alimenta ipsi subministrantur, quae ipsa beneficii competentiae natura requirit <sup>r)</sup>, me quidem judice non est, cur vasallo qua tali non ut heredi alimenta ob beneficium inventarii denegari possint, quum hoc magis ut favor quam ut odium iuris considerandum sit <sup>s)</sup>.

Altera hue pertinens quaesito erit: an textus II. F. 45. in fideicommissis familiae vel bonis avitis valeat? Quod quidem proorsus negandum est. Neque enim obligatio possessoris ad restituendum descendantibus, neque modulus succedendi, feudali par, hanc extensionem defendere poterit, multo magis quod lex feudalis ipsa est singularis, imino poenalis <sup>t)</sup>, et tantum de feudis loquitur. — Sed fac, feuda quaedam antiqua qualitatem fideicommissariam accepisse consentientibus domino et agnatis, nonne tunc licebit filio, feuda fideicommissaria absque allodio retinere? Res certe dubia est. Mihi quidem arridet sententia negans, quia bonorum qualitas feudalis est principalis, fideicommissaria vero tantum accessoria, nec ideo feudum definit esse feendum <sup>u)</sup>. Praeterea ageretur in fraudem creditorum, quod tamen leges vetant <sup>v)</sup>. Nec iniusta haec est explicatio legis, qua ad feendum, non vero ad fideicommissum applicatur <sup>w)</sup>.

§ 23.

<sup>q)</sup> I. L. B. BOEHMER I. c. c. I. §. 13.

<sup>r)</sup> I. H. BOEHMERI Introd. in jus Digest. L. 42. T. I. §. 35.

<sup>s)</sup> III. I. P. WALDECK Institutiones iur. civ. §. 450. 452.

<sup>t)</sup> DE BRAUN I. c. p. 20. seq. DE LUDEWIG in diff. cit. c. 7. §. 7.

<sup>u)</sup> E. I. F. MANTZEL diff. de fideicommissi familiae qualitate feudo superaddita posit. 9.

<sup>v)</sup> tor. tit. D. quae in fraudem creditorum facta sunt, ut restituantur (XLII. 9.)

<sup>w)</sup> Contrarium tuerit DE BRAUN I. c. p. 25. seq. ast. ut ex his apparer, absque sufficientibus rationibus.

## § 23.

*hb. applicatio in feudis imperii deficiens.*

Denique adhuc superest, ut de applicatione textus II. F. 45. ad feuda imperii pauca differamus. Quia in re quidem fateor, diu me anticipitem tenuisse rationes, quae ab utraque parte ad confirmandum vel negandum textus usum in feudis imperii proferuntur. Iam vero non possum non adsentiri sententiae, quam inclitus huius Academiae Ordo Iuris Consultorum iterata vice veram esse iudicavit x), cuiusque rationibus me convictum sentio, textum nempe Longobardicum ad feuda imperii maiora, superioritate territoriali praedita, applicari non posse, in minoribus vero obtinere, quum eodem cum feudis privatis gaudent iure. Consequentia enim a feudiis privatis ad maiora imperii trahi nequit, quia haec multum ab iis differunt, tam quod in his princeps adest ob commodum provinciae, privata vero feuda data sunt in commodum vasalli y), quam quod status imperii tali gaudent autonomia, praecipue in doctrina de successione, vt huic, legibusque antiquis et observantiae Germaniae renunciasse censerit nequeant, nisi hoc aperte elueat ex pactis vel observantia contraria z). Satis enim constat, semper, ex quo iura peregrina in foro Germaniae irrepserunt, curasse familias illustres, vt hanc autonomiam et vetera propria iura et consuetudines servarent (†) Adfunt vero leges Germaniae antiquae, quae liberos ab obligatione, retinendi feudum et allodium simul, liberant a), quas olim etiam obtinuisse probant vetera praeiudicia b), nec quibus, et si postea contrarium iudicatum sit, ideo in feudis imperii maioribus derogatum est, partim quia ex ignorantia iuris Germanici provenerunt haec decisiones contrariae, partim quia non ipsum ius constituent, sed tantum iuris ad factum ostendunt applicationem, quae minus recte facta utique reformata est. Ex hac ratione etiam patet, quare olim vasalli in omnibus dispositionibus de ipso feudo eiusque fructibus con-

fensum.

x) Perill. I. S. PÜTTERI Auserlesene Rechtsfälle T. 2. P. 3. resp. 220 n. 35.  
pag. 656. REINHARTH Observationes ad Christinae decisiones Vol. I. obs. 52.  
p. 128 seq.

y) III. A. F. H. POSSE Ueber die Sonderung Reichsfändischer Staats- und Privat-Verlassenschaft §. 65. p. 209.

z) Perill. I. S. PÜTTER in primis lineis iuris privati principum §. 4. 66.

(†) Perill. PÜTTERI Historische Entwicklung der heutigen Staatsverfassung des Deutschen Reichs. Tom. I. pag. 182.

a) Jus provinc. Saxon. L. 2. art. 9. 21. Jus feudale Sax. art. 58. Jus feud. Alemann. art. 98. (edit. min. Senckeb.)

b) Apud DE LUDEWIG in diss. de obligatione successoris in principatus et clientelas c. 7. §. 5. 6.

sensum filiorum requisiverint, ut, quos lex tamquam heredes necessarios non obligaret, tamen teneret pacifico religio. Certe igitur haec sententia aequitatis contentanea praferenda est, properea quod alias subditi plerumque cogentur ad solvendum aes alienum principis, ipsis non consentientibus, immo invitis, contractum c); et filius successor maiori parte reddituum ipsis ex pacto et providentia maiorum competentium privaretur, quod omnino intentione primi acquirentis adversatur d). Et licet ei beneficio competentiae subveniretur, tamen hoc est fleibile beneficium, nec dignitati principis respondens. Praeterea constitutio textus II. F. 45, ut repudiata hereditate paterna feudum ad agnatos perineat, adeo repugnat omnibus principiis iuris successionali in feuda imperii maiora, ut certe nemo sit, qui affirmet, filium principem ideo principatu esse multandum, quia heres allodialis patris existere nolit, et proinde nihil obstat, quo minus feudum absque allodium retinere posset e).

Ecce minus ad Status I. S. R. G. indistincte extendi poterit necessitas  
filii successoris ad suscipiendas obligationes patris, quum dari possit territo-  
rium avitum, cui nulla feuda intermixta essent f). Nec obstabit, Ius feudale  
in Germania receptum, et in feudis imperii non omni auctoritate desitutum  
esse, quum partim haec receptio sit subsidiaria, h. e. deficientibus aliis legi-  
bus domesticis, quae in feudis imperii maioribus non deficiunt, partim care-  
nus tantum valeat, quatenus feudorum natura genuina non repugnat, aut  
iura specialia, quae utique longe alia sanciunt. Nec minus obici poterit,  
fidem principis minui, quippe quam in praedictum successoris iusto latius  
extendere iniquum foret g) et cui talis restrictio fidei non majori dedecori-  
esse potest, quam si pro prodigo declararetur h). Ita etiam dici non pote-  
rit, creditoribus fraudem fieri, si solvitur iis, prout massa allodialis defuncti  
sufficit, quum alias creditoribus, qui in privato concursu nihil accipiunt,  
quoque fraudem fieri, dici posset i). Nec inde argumentum desumi poterit,

E 2 quo

c) III. Posse 1. c. p. 210.

<sup>d)</sup> Perill. I. S. PÜUTERI Rechtsfälle I. c. n. 43.

c) Aequitate huius sententiae commoti, iam olim nonnulli! Citi rationem librandi filium principem ab obligatione alterna quaeviserunt vel in successione ex pacto et providentia majorum, vel in fiduciocommissaria qualitate bonorum, vel in primogenitura, vel in maioratu, vel in defectu consensus Statutum seu Imperatoris. Quibus omnibus vero opus non est, simulac pater, textum Longobardicum in feudis imp. deficere. cf. DE LUDEWIG I. c. c. 7. §. 6. seq.

g) POSSE I. C. p. 210.

b) DE LUDEWIG I, c. c. 7. §. 9.

?) Posse 1, c.

quod in omnibus fere territorii allodia feidis sint intermixta; quoniam pri-  
ora plerumque sunt avita, in quibus proinde successio singularis locum ha-  
bet; et praeterea nobis tantum de necessitate ambo simul retinendi sermo est,

## SECTIO II.

*De obligatione liberorum ad praefenda facta parentum  
mediate ex facto ipsorum accidente.*

## § 24.

A. Generalia quaedam proponuntur  
a. de obligatione ipsa mediata.

**E**nucleata nunc et enumerata obligatione immediata liberorum ad praefenda facta parentum, transendum erit ad obligationem eorum mediatarum, quam quidem eam intelligo, quae adest ob accedens liberorum factum ad obligationem parentum iam existentem. Qua in re vero, quum liberorum illustrium obligationes in nonnullis capitibus differant ab iis, quae inter privatos obtinent, merito eas separamus, posteriores primum enucleaturi, quia generaliora iis constituntur principia. —

Liberorum igitur accedens factum quoniam vel in successione, vel in pacto, vel in alio quounque facto confistere potest, satis appetat, hanc obligationem praecipue ad haec tria redire capita, de quibus singulis nunc sigillatio erit agendum. Interim licet, ea iterum memoriae commendare, quae supra (§. 2, 3.) ad constituentium statum quaestioni notavimus, et quae hec repetere superfluum videtur. — Ceterum me in reprehensionem non incursum spero, si in sequenti disquisitione generaliora tantum huius doctrinae principia paucis attingam, ita tamen, ut in primis ad ius tertii respiciam. Nec inutile forsitan erit, antea quaedam in genere de liberorum facultate sepe obligandi pro parentibus praelibile.

## § 25.

b. de facultate liberorum sepe obligandi pro parentibus.

Iam vero in quaestionem: an et quatenus liberi se obligare queant ad praefenda facta parentum? generatim inquirenti mihi sequentia observanda videntur principia. In patria potestate constituti et minores nullo modo sua bona absque patris consensu obligare possunt k). Cuius theses rationem ita

k) arg. L. 2. C. de castr. peculio (XII. 37.) L. 9. D. de O. et A. (XLIV. 7.)

ita dari posse credo. Quum negari nequeat, patriae potestatis vim in liberos  
multo maiorem esse, quam vis tutelae vel curae, etiam concedendum erit,  
facultatem sua bona obligandi liberorum suorum non laxiorem esse posse,  
quam emancipatorum et sui iuris factorum, qui sub tutela vel cura sunt. Hos  
vero constat, (id enim ut alterum decisionis principium considerati pote-  
rit,) absque auctoritate tutoris, vel consensu curatoris sua bona obligare ne-  
quire <sup>1)</sup>). Nec quidquam refert, utrum haec obligatio sit principalis an  
accessoria, quum in genere leges vetent, ne obligetur aliter quam cum tu-  
toris auctoritate. Eximendus erit praeterea alter scrupulus: an non excep-  
tio ab his regulis adsit in peculio castrensi et quasi castrensi, quippe cuius  
plenum dominium est penes filiumfamilias et in quo est instar patrisfamilias <sup>m)</sup>.  
Sed hoc tantum de filiofamilias maiore intelligendum erit, quum generalis  
legum dispositio nullas admittat exceptions, et praeterea hoc privilegium  
militare raro in filiofamilias minore obveniet, quum teste DE SELCHOW <sup>n)</sup>  
ipsa peculia castrensis et quasi castrensis sint rarissima. Deneganda ipsi etiam  
est facultas de his peculiis dispondendi non ut filiofamilias sed ut minori. Quod  
vero testamentum de iis condere potest, referendum est ad privilegia milita-  
ria, nec ceteris dispositionibus aequiparandum, quia in iis laetio metui ne-  
quit. Praeterea haec sententia adhuc magis confirmatur SCto Macedoniano,  
quod omne mutuum filiofamilias prohibet, nec quidquam in eius fraudem  
fieri permittit <sup>o)</sup>, adeo, ut ne iurata quidem eius renunciatio valeat <sup>p)</sup>. —  
Simili modo nec suam personam impubes solus obligare potest, quum tutor  
primario personae sit datus <sup>q)</sup>.

Quoniam etiam iure Germanico hodierno omnem differentiam tutelam  
inter et curam cessare recte defenditur <sup>r)</sup>, et per consequentiam omnis dif-  
ferentia inter pupilos et minores sublata dici potest, etiam de persona mino-  
rum in genere hoc affirmandum erit, et iis non concedi debet facultas se-  
ipso ad factum praestandum obligandi. — Quid ergo, si minores filiofami-  
lias

E 3

<sup>1)</sup> pr. §. 1. Inst. de auct. tut. L. 28. pr. D. de pactis (II. 14.) L. 9. pr. D. de  
auctorit. tut. (XXVI. 8.)

<sup>m)</sup> pr. Inst. Quib. non est permitt. test. fac. L. 6. pr. C. de bonis quae liberis  
(V. 61.)

<sup>n)</sup> in Elementis iuris germanici privati §. 372.

<sup>o)</sup> L. 3. §. 3. L. 7. pr. D. de SCto Macedon. (XIV. 6.)

<sup>p)</sup> G. D. STRUBENS rechtliche Bedenken, T. 1. Bed. 156.

<sup>q)</sup> §. 4. Inst. Qui test. tut. dari possunt. L. 12. 13. 14. D. de test. tutela  
(XXVI. 2.)

<sup>r)</sup> Ordinatio politiae imperii de 1548, tit. 31. de 1577, tit. 32.

lias se pro parentibus obligare velint? Opus erit, vt pater, quia seu tutor legitimus auctor non fieri potest in rem suam, filio ad hunc actum emancipato curatorem petat, legibus hoc permittentibus <sup>s)</sup>; qui curator tamen consensum suum non nisi interveniente cognitione et decreto magistratus imparti poterit. Idem etiam valere de minore sui iuris facto, quamdui sub tutela est, nemo dubitabit. Liberi vero maiores, sive sint in potestate patris, sive sui iuris facti, sane absque controversia facta et obligationes parentum suscipere poterunt, licet, quamdui non heredes exsisterint, tantum ratione peculii et in quantum facere possint teneantur <sup>t)</sup>. Si ergo in sequentibus de obligatione liberorum ad praestanda facta parentum ob accedens ipsorum factum sermo erit, semper ea qualitas erit intelligenda, vt vel sint maiores, vel vt minores auctoritatem tutoris vel consensum curatoris adhibuerint <sup>u)</sup>.

### § 26.

- B. *Specialia facta enumerantur, quae*
- I. *inter cives consistunt*
- a. *in Successione a. pacitia.*

Quibus praefabricatis nunc accedam ad primum iuris communis civilis modum se obligandi, qui adeat in successione. Quae quoniam hodie deferuntur vel pacto, vel testamento, vel lege, de singulis iam videamus. Quanvis enim Romani pacta de futura successione pacientium summo odio prosecuti sint, et tantum pactum de hereditate tertii eo consentiente admiserint <sup>v)</sup>; tamen illa Germani et olim permisérunt et hodie permittunt <sup>w)</sup>. Pacta igitur parentum de futura sua liberorumque successione in propria bona, ut talia liberis quidem nihil oneris imponant, quum in regula pacta tertium non obligent <sup>x)</sup>, sed ratione liberorum naturam dispositionis parentum inter liberos induunt, quam quolibet modo declaratam absque ullis sollemitatibus liberos servare iubent leges <sup>y)</sup>, ideoque ad testamentariam successionem erunt responda eiusmodi pacta.

Quae

s) § 2. Inst. de curatoribus. LEYSER sp. 21. m. 5.

t) L. 9. C. quod cum eo (I V. 26) L. 10. §. I. D. de fideiussor. (XLVI. I.)

u) Exceptos casus, quibus minor absque curatore obligatur, versionem nempe et delictum, quidem non ignoro, sed prioris supra (§. II.) mentionem feci, et de delicto infra agam.

v) L. 6. 19. 30. C. de pactis (II. 3.)

w) DE SELCHOW Elementa iur. germ. privati §. 304. et 502.

x) L. 74. de R. I. (L. 17.) L. 12. pr. de pollicitat. (L. 12.)

y) L. 26. C. familiae exciscundae (II. 36.) Nov. 107. pr.

Quae vero liberi cum ipsis parentibus vel tertio de futura successione in bona parentum legitimo modo inierunt pacta, eos omnino obligant, quin indistincte hodie omnia pacta licita valeant <sup>2)</sup>, licet minoribus laesis restitutio in integrum succurratur. Si ergo tali pacto certis bonis qualitas avitorum data est, et in se receperunt liberi, eadem absque onere descendantibus suis relinquere, non solum ipsi tenentur promissis stare, sed etiam eorum descendentes, qui inde ius acquirunt, simul obligantur, illud pactum instar legis servare. Bona ex pacto et providentia maiorum, quae inde oriuntur, singularem eam vanciscuntur qualitatem, ut liberae dispositionai possessoris sit exenta, ideoque nec dividi, nec aere alieno onerari possint. Singularis in iis obtinet successio, in iure quiesco fundata, quod nemini invito auferri potest, quare etiam successor hicce singularis facta antecessoris praestare non obligatur <sup>a)</sup>. Quem iam liberi in haec bona succedere queant, a paterna hereditate ipsis licet se abstinentibus (§ 22.), consequens est, vt, si non succedant, non necesse habent, praestare obligationes parentum, qui non fuerunt prii acquirentes, intuita bonorum avitorum, licet iis etiam onus incumbat, eadem descendantibus suis libera relinquere, et excepta sint ea debita parentum, pro quibus etiam bona ex pacto et providentia maiorum obligantur. Qualia adsumt 1. ex versione 2. ex concessione primi acquirentis 3. ex consensu omnium, quorum interest 4. ex accidente confirmatione superioris boni publici causa <sup>b)</sup>. — Quum etiam hodie tertio ex pacto ab aliis initio ius et actio proveniat, si quid in eius gratiani alter pacientium promiserit <sup>c)</sup>, omnino liberi ex pacto cum parentibus de successione initio conveniri poterunt, si in eo facta parentum praestare, vel etiam hereditati se immiscere promiserint. Ceterum constat, pacto parentum liberis legitimam gravari non posse <sup>d)</sup>, quod inter se vel cum exteris inierunt.

## § 27.

<sup>a)</sup> Perill. I. P. WALDECK Institutiones iuris civilis §. 599.

<sup>b)</sup> Perill. DAN. NETTELBLADT in diss. de Successore ex pacto et providentia maiorum, ad facta ultimi defuncti, licet eius heres sit, praestanda non obligato, I. H. BOEHMER diss. de fundamento pactorum familiae ad fideicomissa inclinantur c. 2. §. ult. DE SELCROW I. c. §. 432.

<sup>c)</sup> NETTELBLADT I. c. c. I. §. 5 — 8.

<sup>d)</sup> arg. L. 9. §. 8. D. de rebus cred. (XII. 1.) L. 20. §. 1. D. de aeq. rer. dom. (XL1. 1.) L. 3. C. de donat, sub modo (VIII. 55.) I. H. BOEMER diss. de iure ex pacto tertii quaestio c. I. §. 24. MEVIUS P. 4. dec. II 2.

<sup>e)</sup> arg. L. 19. C. de don. ante nupt. (V. 3.) STRYCK de success. ab intest. diss. 8. c. 5. §. 18.

## § 27.

B. testamentaria.  
2. ab intestato.

Iam quae de obligatione liberorum ex successione testamentaria et ab intestato, seu universalis, profluente essent tractanda, adeo nota sunt, ut eorum enarrationi in totum supersedere possem, nisi plena thematis tractatio ea saltem paucis attingere postularet. Sufficiat ergo generalia huius doctrinae delibasse. Concessio beneficio abstinenti ab hereditate paterna libertati sunt liberi a necessitate suscipiendo onera hereditaria, hinc praestandi facta parentum, eoruinque observandi dispositiones e). Testamentum vero agnoscentes, hereditatique se immiscentes obligantur indistincte ad praestanda omnia facta licita testatoris, et ad satisfaciendum omnibus eius obligationibus non personalissimis et dispositionibus, quas leges et iura patri permisérunt f). Attamen in hac obligatione nonnulla iis beneficia subveniunt, quibus tam contratestamentarias determinationes, quam contra creditores paternos fere tueri possunt. Contra priores iis enim prodest, quod iis ad minimum legitima titulo honorabili absque ullo onere relinquendi debet, licet quodammodo cautela Socini onerari possit g). A fideicommissis iis iniunctis detrahunt insuper Quartam Trebellianicam ex constitutione iuris canonici h), et si prohibitiō iuris romani deducendi Quartam Falcidiam nondum abrogata adhuc valeat i). Contra creditores paternos vero beneficio inventarii se defendere possunt, ne ultra vires hereditatis obligantur k).

Ex delicto parentum liberis etiam nulla poena corporalis infligi potest, licet poenam aere luendam subire teneantur, si lis cum defunctis iam fuit contestata, vel poena ipso iure est commissa, vel delictum denique tale est, ex quo semper heres tenetur l). Lenititudinem iuris Romani, ut heredes ex delictis

o) L. II. 12. 57. de A. vel O. H. (XXIX. 2.) Perill. G. L. BOEHMERI diss. de suo herede ab hereditate se abstineat, in Elec. iur. civ. T. I. p. 94.

f) L. 59. 37. de R. I. (L. 17.) L. 8. pr. de A. vel O. H. Nov. I. c. I. L. 55. L. 112. §. 3. de legatis I. (XXX.)

g) I. H. BOEHMERI Introd. in ius Digest. L. 5. T. 2. §. 2. seq.

b) c. 16. 18. X. de testamentis (III. 26.) Perill. G. L. BOEHMERI diss. de liberis fideicommissis oneratis §. 17.

i) L. 10. L. 11. §. 5. L. 87. §. 5. L. 91. D. ad L. Falcidiam. (XXXV. 2.)

k) L. ult. C. de iure delibet. (VI. 30.) MEFVIUS P. I. dec. 39. 40.

l) L. 2. D. ad L. Jul. repetund. (XLVIII. II.) L. 20. D. de accusat. (XLVIII. 2.)

licis defunctorum ad satisfactionem privatam eatenus tantum obligarentur, quatenus exinde locupletiores existent (††) mutavit rigor iuris Canonicis, faniendo, illos teneri ad plenam satisfactionem quoad vires hereditatis illud permittant (†††). Ceterum vero liberos sancte observare oportet omnia, quae parentes, quorum heredes sunt facti, disponuerunt. Indubitatum inde est ius patris in bona acquista, vi cuius perpetuam omnium descendantium successionem determinare, et bonis qualitatem avitorum dare potest <sup>1)</sup>. Quo facto eadem omnia de iis valent, quae de paclitiis bonis avitis exposui (§ ant.). Si vero liberi in bona avita et hereditatem parentum, qui non fuerunt primi acquirentes bonorum avitorum, simul succedunt, oritur quaestio, quasquam obligationes liberi suscipiant? Et respondendum erit, eadem de iis valere, quae supra (§ 18—20.) de successione simultanea in feudum et allodium praedicavi. Facta nempe parentum, ipsa bona avita respicientia, praestare non tenentur, quoniam parentibus de iis disponere non licuit, quia nec ad ipsorum nec ad heredis propria bona pertinent <sup>m)</sup>. Obligationibus vero ceteris parentum non solum ex hereditate, sed etiam in subsidium ex fructibus bonorum avitorum, quippe ad bona propria heridis pertinentibus, satisfaciendi onus iis incumbit. Adest vero hoc casu, si parentes bona avita et noviter acquisita simul reliquerunt, ingens differentia a simultanea successione feudali et allodiali, partim in facultate liberis competente alterum absque altero retinendi, (§ 22.) partim in effectu, quem proinde habet beneficium inventari, ut adeo fructus bonorum avitorum non obligentur aeri alieno hereditario, quum filius eos non ex hereditate patris, sed iure proprio percipiat. Quae determinatio etiam non pugnat cum principiis supra expositis, (§ 17.) quoniam non adest lex, textui II. F. 45. similis, in cuius fraudem agitur, si beneficio inventarii fructus bonorum avitorum liberantur. Proinde haec consequentia omnino principiis successionis ex pacto et prvidentia maiorum est congrua, quum in hac quaestione duplicitis successionis respectus haberri debeat, qua liberi ut heredes et successores singulares gaudent.

Quod tandem ad liberos ab intestato succedentes attinet, vulgari heredium iure censentur, indeque eos parentum quodvis factum, obligationes non personalissimas producens, praestare oportet, si tantum a successione speciali in bona avita recedis, quippe quae licite obligari nequeunt. Tertium vero extraneum, ex hoc fundamento contra liberos agentem, ante omnia pro-

bare

(††) L. un C. ex delictis defunctorum quantum (IV. 17.) L. 5. pr. D. de causis lumnati. (III. 6.)

(†††) c. 5. X. de raptoribus (V. 17.) c. 9. X. de usuris (V. 19.)

<sup>1)</sup> DE SELCHOW Elementa iur. germ. priv. S. 432.

<sup>m)</sup> NETTELBLADT in cit. diss. c. 3. §. 8.

bare, necesse est, liberos parentum sese immiscuisse hereditati, et hoc vel verbis vel facto declarasse, quum omnis hereditatis aditio factum supponat, quod etiam in liberis adesse debet.

## § 28.

b. in pacto  
a. principaliter

Alterum factum, quo liberi se obligare possunt pro parentibus, quae rendum erit in pacto. Quum vero omnis actus, quo quis alienam suscipit obligationem, dicatur intercessio *n*), quae mulieribus est prohibita, sequitur, solos filios in regula parentum obligationem pacto participare posse, quum expressa lex filiabus hoc interdicat *o*). Sed quia mulieres omnino huic beneficio valide renunciare possunt, etiam absque iuramento *p*), quippe quod in renunciatione *Avt.* *Si qua mulier tantum requiritur*, et praeterea nonnulli casus adsunt, in quibus usus SCtū Vellejani deficit *q*), affirmandum erit, filias etiam hodie parentum obligations suscipere posse, modo huic SCtō renuncient, vel adsit casus lege a SCtō exceptus. Renunciatione ergo facta a filiabus, aequiparandae haec erunt filiis, indeque in genere etiam de obligatione liberorum, pacto pro parentibus suscepta, nunc agere licebit.

Quum vero intercessio fieri queat, vel pro nova, vel pro veteri obligatione, et posterior iterum vel principaliter vel accessorie *r*), hanc divisionem melioris ordinis gratia in sequentibus servare iuvabit. Pro nova obligatione parentum intercedunt liberi, si ab initio se constituant reos, et ipsi in gratiam parentum contrahunt. Quod ut liberis liceat, eosque obliget, nemo dubitat, si tantum legitimo modo fecerint, *h. e.* si minores fuerint, adhibito consensu curatoris, et filiabus SCtō Vellejano renunciantibus *s*). Quod posterius vero opus non est, si statim contractum impleverunt, solvendo promissa vel tradendo vendita *t*), licet omnibus minoribus laesis ob minoritatem succurratur restitutio in integrum. Et si liberi principaliter novum debitum contrahunt, in genere quidem omnia crunt observanda, quae, si minores sunt, in omni alienatione requiruntur *u*), tamen filiae etiam absque

*n*) L. 8. §. 1. D. ad SCtū Vellej. (XVI. I.) L. 1. et 4. C. codem (IV. 29.)  
*o*) L. 8. C. ad SCtū Vellej.

*p*) STRYCK de Cautelis Contractuum S. 2. c. 6. §. 3.

*q*) I. H. BOEHMER Introd. in Jus Digest. L. 16 T. I. §. 7—16. HELLFELD Jurisprudentia forensis. §. 924 et 927.

*r*) I. H. BOEHMER I. c. §. 2.

*s*) L. 8. §. 14. D. ad SCtū Vellej. L. 32. §. 2. D. de receptis (IV. 8.) L. 1. §. 1. D. de const. pec. (XIII. 5.)

*t*) L. 4. L. 9. C. ad SCtū Vellej. (IV. 29.)

*u*) L. 4. C. de praediis et rebus minorum (V. 71.)

que renunciatione SCti Vellejani valide obligantur, modo ne in gratiam parentum se contraxisse confessae sint *v*), et maiores regulariter absque solemnitatibus tenentur. — Veterem vel jam existentem obligationem parentum privative suscipiunt liberi expromissione, qua prior obligatio perimitur et parentes liberantur *w*). Quae si cum delegatione coniungitur, consensum creditoris et delegati requirit *x*) et revera tunc nihil aliud agitur, quam ut parentes creditore consentiente liberos sibi substituant, et hi suo consensu debitum paternum agnoscant, eoque parentes liberent. Expromissione vero, que sine delegatione fit, et heic in facto consistit, quo liberi ipsi debitum parentum praeflare promittunt, vel parentum loco item contestantur *y*), parentes etiam ignorantes et inviti liberantur *z*), quum etiam pro invitatis solutione fieri possit; et omnis obligatio in liberos transit, adeo, ut ne parentes quidem conveniri queant, si liberi non sunt solvendo *a*). Interim etiam in expromissione, quippe ad intercessiones pertinente, filiarum renunciatione SCti Velleiani opus erit,

### § 29.

#### B. accessorio.

Pro iam existente obligatione parentum liberi vario modo accessorie intercedunt, quo praecipue id agunt, ut creditori parentum maiorem present securitatem, dum se ex eadem caussa, qua parentes, vel subsidiarie vel alio modo obligant, manente interim parentum principalis debito.

Quod quidem perficere possunt: I. fideiussione et constituto debiti alieni. Ambo enim pacta hodie in essentialibus non amplius differre, affirmant DD. b) licet adhuc hodie in duriorem causam se obligans, vel alius pro alio promittens, constituendo hoc fecisse credatur, et filia intercessionem post biennium repetens exinde etiam absque renunciatione SCti Vellejani obligetur *c*). Quae differentia eo magis obtinet, si beneficiis *L. ult.* C. de constituta petunia (*IV. 18.*) renunciaverit. Liberis vero permisum esse pro parentibus fideiubere, plane extra omnem controversiam est positum *d*), quum ne quidem interficit, vtrum filius sit sui iuris, an adhuc in patria potestate, quin immo „si filius familias fideiussirit, cesseret SCtum Macedonianum, nisi

F 2

in

*v*) L. 2. C. ad SCtum Vellej. L. 8. §. 14. D. eodem (*XVI. 1.*)

*w*) L. 1. L. 8. in f. D. de novat. et delegat. (*XLVI. 2.*)

*x*) L. 1. L. 6. et 7. C. de novat. (*VIII. 42.*)

*y*) L. II. D. de novat. L. 23. D. de solut. (*XLVI. 3.*)

*z*) L. 8. §. 5. in f. D. de novat. L. 23. D. de solut.

*a*) L. 3. in f. C. de novat.

*b*) I. H. BOEHMERT Introdr. in Jus Digest. L. 13. T. 5. §. 3.

*c*) I. L. F. HOEFFNERI Commentarius ad Institutiones §. 848.

*d*) L. 10. §. 2. D. de fideiussor. (*XLVI. 1.*) L. 8. C. ad SCtum Vellej. L. 9.

C. quod cum eo (*IV. 26.*)

„in hac ipsa fideiussione color sit quaesitus“ e). Minoribus vero laesis contra hanc fideiussionem subvenitur restituzione in integrum f). Filiis etiam hypotheticam necessitatem incumbere, parentes carceri iclusos fideiussione liberare, supra (§ 14.) pluribus demonstravi. Et iis quoque beneficia fideiussorum competere, non videtur dubium, quam nulla lex prohibitiva, vel ratio contraria adsit. —

Porro liberi pro parentibus intercedere possunt II. Mandato g). Si nempe ut mandatarii vel insitores parentum egerunt, omnino ob id, quod percepérunt, poterunt conveniri, nec filiis familias prodest SCtum Macedonianum, si ut insitores pecuniam acceperunt h). Si vero parentes ex liberorum mandato praeter versionem egerunt, etiam ut mandantes obligantur ad praestanda, quae parentes ex eorum mandato egerunt i). —

Simili modo liberis incumbit obligatio accessoria pro parentibus III. defensione. Non solum enim causam parentum absque mandato expresso suscipere possunt, quem habeant praesumptum mandatum k), sed hoc facto etiam accessorie pro parentibus obligantur, quoniam defensio involvit intercessionem l). Quod se praeципue in eo exserit, quod suscepta defensione etiam iudicatum solvi latisdare cogantur m). Idem etiam dicendum erit de compromisso, quippe quod alterius nomine factum etiam intercessionem efficit n). —

Ceterum etiam dubitari nequit, liberos se pro parentibus obligare posse IV. quibusvis paclis adieci, quo creditori maior securitas praefatur, et tertius in gratiam unius pacliscentium aliquid promittit. Ita poterunt res suas pro parentibus pignori dare vel hypotheca onerare o), vel poena conventionali se obstringere, si parentes non implerent contractum, et quae his sunt similia. Filias vero sicut in omni intercessione, ita etiam in his accessoriis semper oportere SCto Velleiano renunciare, quilibet perspiciet.

### § 30.

#### v. correalti.

Ad modos, quibus liberi possunt obligari ad praestanda facta parentum, quoque referenda est correalis obligatio, qua parentes et liberi in solidum

e) L. 7. pr. D. de SCto Macedon. (XIV. 6.) L. 3. §. 5. D. de peculio (XV. 1.)

f) L. 7. §. 3. de minoribus (IV. 4.) L. 1. C. de filiosam. minore (II. 23.)

g) I. H. BOEHMER I. c. L. 16. T. 1. §. 2.

h) L. 7. §. 11. D. de SCto Macedoniano (XIV. 6.)

i) L. 10. §. 5. L. 40. D. mandati (XVII. 1.)

k) L. 35. D. de procuratoribus (III. 3.)

l) L. 2. §. 5. D. ad SCtum Velleianum (XVI. 1.)

m) L. 14. D. qui fatisdare cogantur (II. 8.)

n) L. 32. §. 2. D. de receptis (IV. 8.)

o) HELLEFIELD Iurisprudentia forensis §. 920.

dum tēnentur, ad solvendum idem debitum. Licet enim noviori iure correis sit datum beneficium divisionis, et „præsentes idonei simul cogi debeant ad solutionem“ <sup>y)</sup>: tamen etiam huic beneficio renunciari potest, et si reliqui non sunt solvendo, plenum effectum habet correalis obligatio; quare eius usus hodiernus negari nequit <sup>q)</sup>, et liberi eam contrahentes quoque obligantur per consequentiam ad præstanda facta parentum. Simil ergo correalis obligatio continet et principalem et accessoriām obligationem <sup>r)</sup>. Cuius species, quam subeunt liberi inter se ex qualitate coheredum et testamentaria dispositione parentum, proprie huc non pertinet. At supplerē heic licebit, omnia jura, tam activa quam passiva, esse inter eos ut coheredes ipso iure divisa <sup>s)</sup>, nec in iis correale obligationem locum habere, nec ea opus esse, quum bona defuncti non intelligantur nisi deductio aere alieno <sup>t)</sup>. Quae sunt vero aliae obligations hereditariae, ex iis omnes liberi ut coheredes in solidum obligantur, nec divisio ab ipso iudice facta creditoribus hereditariis præciudicat <sup>u)</sup>. Quod etiam valet de dispositionibus, quibus parentes liberis vel heredibus institutis vel legatariis obligations imposuerunt a pluribus adimplendas <sup>v)</sup>, quum voluntas testatoris sit instar legis <sup>w)</sup>, licet nemo ordinazione testamentaria magis onerari queat, quam est honoratus <sup>x)</sup>.

Alias vero liberi obligationem correalem contrahere possunt vel conventione vel delicto. De hoc in sequentibus, de illa nunc agemus. Constituant liberi correalem obligationem, si cum parentibus, simul ex eadem causa eandem rem vel quantitatem promittunt <sup>y)</sup>. Quum vero non præsumatur correalis obligatio et in regula plures promittentes partes viriles tantum debent <sup>z)</sup>, opus erit, ut in dubio, si velint, declarent, se in solidum obligatos fore. Quod quidem efficit, ut beneficio divisionis renunciato, liberi conventi statim solidum præstare teneantur; eo non renunciato autem, beneficii exceptione tūti ratam tantum solvant, et solidum tunc exfolvere cogantur, quum parentes non sunt solvendo, et ita parentum facta præstare obligentur.

F 3

§ 31.

- p) Nov. 99. c. 1. Avth. Hoc ita C. de duobus reis.
- q) I. H. BOEHMERI Introd. in Ius Digest. L. 45. T. 2. §. 9.
- r) Quod quidem causa est, quare ei speciale dicaverim paragraphum nec antecedentibus immiscetur.
- s) L. 2. §. 5. L. 4. pr. L. 25. §. 1. D. familiae cresc. (X. 2.) L. 6. C. eodem (III. 36.)
- t) L. 30. D. de V. S. (L. 16.)
- u) L. 3. D. fam. cresc.
- v) L. 9. pr. L. 17. D. de duobus reis (XLV. 2.)
- w) Nov. 22. c. 2. ibi „et sic lex eius voluntas.“
- x) Pr. Inst. de singul. rebus per fideicommissum, reliquis. L. III4. §. 3. D. de legatis I. (XXX.)
- y) L. 2. L. 3. D. de duobus reis,
- z) L. II. §. 1. D. eodem.

## § 31.

c. in alio facto  
a. licito β. illicito.

Denique liberi possunt obligari ad praefienda facta parentum etiam ex alio facto, quod nec ad successionem nec ad pactum referendum est. Quod quidem esse potest vel licitum vel illicitum poenale seu delictum. De utroque iam agendum erit. Priori se obligant liberi, quum debitum parentum vel totum vel pro parte agnoscent sequre debitores fatentur, licet heredes non sint facti. Quod etiam facere possunt, dum partem debiti solvunt, licet talia facta saepius tacitam hereditatis aditionem involvant, ad minimum pro portione hereditaria <sup>a)</sup>. Huc etiam pertinet nudus consensus in facta parentum, quum consensus ab una tantum parte non faciat conventionem <sup>b)</sup>. Qui quidem consensu liberos etiam stringit, si parentes pro se suisque de scendentibus et heredibus, vel liberorum nomine agunt, modo legitime sit declaratus consensu et liberis licuerit consentire. Validae sunt exinde respectu liberorum omnes alienationes et renunciations a parentibus peractas, licet ius quaesitum liberorum concernunt. Ergo etiam liberorum et omnium, quorum interest, consensu bona avita et stemmatica poterunt a parentibus dividi, aere alieno onerari, alienari; immo tota qualitas avita tolli poterit <sup>c)</sup>. Idem efficit ratihabitio postea accedens.

Posteriori modo seu delicto liberi se ad praefienda facta parentum obligare possunt, non solum ad reparandum damnum sed etiam ad iuendam poenam. Dum enim vel auxilio, vel consilio, vel alio modo sunt socii crimini parentum, non solum correalis obligatio se exserit ad indemnitatem laeso praefiandam <sup>d)</sup>, sed etiam ut poenam patiantur publicam auctoribus criminis commissi infligendam, quippe quales ut socii omnino sunt habendi <sup>e)</sup>. Quam vero subeant obligationem, si parentes soli delictum commiserunt, quod vel occultant, vel non denunciant liberi, non adeo est decisum. Quamvis enim occultatio delicti patrati sit quodammodo eius participatio, tamen in liberis non adeo punitur, ob nexum sanguinis intercedentem et naturalem amorem, nisi forsitan specialis accedat causa <sup>f)</sup>. Et quum in regula nemo teneatur ad denunciandum delictum <sup>g)</sup>, eo minus erunt obligati liberi ad indicanda parentum delicta, ob nexus inter eos proximiorem. Attamen

non

- a) L. 2. C. de iure delib. (VI. 30.) L. 8. §. 10. D. de inoff. testam. (V. 2.)
- b) L. 55. D. de O. et A. (XLIV. 7.)
- c) DE SELCHOW Elem. iur. germ. priv. §. 433. et 434.
- d) L. II. §. 2. D. ad L. Aquil (IX. 2.) L. I. C. de condic. furt. (IV. 8.)
- e) Perill. QUISTORP. Grundsätze des Peinlichen Rechts P. I. §. 54. seq.
- f) QUISTORP I. c. §. 58. in f.
- g) L. un. C. vt nemo invitus (III. 7.) c. 14. C. 22. Qu. 2. art. 214. C. C. C.

nonnullae adsunt exceptiones, in quibus occultatio et omissa denunciatio liberis instar delicti est. Quae quidem adsunt, si salus et incolumitas reipublicae criminis laeditur, vel malum ex delicto committendo imminens aliter averi*re* nequit, ut in crimen perduellionis vel laesae maiestatis et falsae monetae h). Porro filii ut vasalli futuri omnem fidelitatem domino directo exhibere debent, partim avertendo quaecunque ipsi damnum inferre possent, partim adjuvando contra quemcunque hostem, immo contra fratrem, filium et parentem i), perinde etiam dominum de criminis patris contra eum vel commisso, vel committendo certiorem facere debent. Denique liberis non est permisum, celare parentum delicta, si vel monitorio publico principis omnibus conscientia illud crimen revelare iniunctum est, vel etiam ipsi a indice decidenda veritate interrogantur. Liberi enim contra ipsos parentes testimoniū ferre coguntur, si veritas aliter haberi nequit k).

## §. 32.

## 2. inter illustris parum ab his differunt.

Haec sunt, quae iure communī civili de obligatione liberorum ad praestanda facta parentum stabilita inveni principia. Reliquum ergo erit, ut quaedam etiam de iure hac de re inter principes I. R. G. obtinente addam. Quum vero inter eos in negotiis privatis, quae inter se et cum civibus suis celebrarunt, ius commune civile obtineat l), quatenus non aliud sanxerint vel autonomia ipsis competens, vel pacta familiae legem inter eos constituta, vel specialis eorum modus succedendi, eatenus omnino licere credo, ad omnia iam deducta provocare et his tantum inhaerere differentis. Vi competentis autonomiae enim iis licet pactis non solum derogare legibus, sed etiam contrarium statuere m). Quatenus igitur hisce pactis aliqua liberis obligatio ad praestanda parentum facta imposita est, omnino eam servare tenentur, quum inter eos leges faciant n). Haec autonomia vero, vel ipsam adeo regimen non concurrit cum patria potestate ita, ut patri major potestas in liberos competenteret, quam ius civile tribuit. Neque enim superioritas territoriali, neque potestati iudicariae sunt subiecti, quum immediatas personarum negari nequeat o). Pactis igitur nil sancientibus, omnia de obligatione liberorum ad praestanda facta parentum redeunt ad principia iuris communis

b) Cf. I. H. BOEHMERT Diff. de obligatione ad revelandum occulta c. 6.

i) II. F. 28. in f.

k) c. fin. X. de test. cog. (II. 21.) QVISTORP I. c. I. H. BOEHMER I. c. c. 2. §. 8.

l) Perill. I. S. PÜTTERI primae lineae iuris privati principum §. 1. not. 2.

m) Perill. I. S. PÜTTER I. c. §. 4.

n) III. POSSE Ueber die Sonderung Reichständischer Staats- und Privatverlastenforschung. §. 66.

o) Perill. I. S. PÜTTER I. c. §. 73.

munis civilis supra exposita, et tantum modus succedendi illustrium particularis et relatio filii successoris in regimine ad statum publicum, (quoniam in omnibus fere principatibus hodie obtineat ordo primogeniturae) nonnullas sicut sunt differentias. Quia de re plerumque opus est, ut fiat separatio hereditatis allodialis privatae ab iis bonis et iuribus, quae successor in regimine acquirit. Aliae enim sunt obligationes liberorum ut herendum allodialium, alias filii successoris in regimine, quae ipsis vel principaliter vel subsidiarie incumbunt. Liberorum ut herendum allodialum eadem est obligatio, quae omnium herendum ex iure communi civili, ut nempe praestent omnes obligationes defuncti non personalissimas et quas leges suaque iura contrahere permiserunt.

Filius vero successor in regimine vel quoque heres allodialis factus est, vel ab hac hereditate abstinuit. Si prius, omnibus patris defuncti obligationibus quoque satisfacere tenetur, quatenus iuria sua ex pacto et providentia maiorum quae sit illa facta sunt, quippe quae, licet heres sit, ramen salva habere debere, supra demonstravi (§. 18. 19.). Si vero filius successor in regimine abstinuit hereditate privata allodiali, quod illi omnino licet, esti territorium constet ex bonis avitis et feudis imperii simul; (§. 23.) tamen nonnullae ad sunt obligationes, quibus tenetur ad praestanda facta patris antecelloris, quamvis eius heres non sit. Quarum nonnullae sunt privatae per modum exceptionis, quum alias in regula ex privatis non stringatur obligationibus. Huc pertinent 1. onera rei noviter acquisitae imposita et aesi alienum ad eam acquirendam contractum <sup>p)</sup>, quum successor tem ex beneficio ultimi defuncti habeat, cuius dispositione fuerat obnoxia, 2. debitus ex versione ortum et 3. cum ipsis consensu contractum. Quae vero ultima obligatio successori non nisi subsidiarie et excusio allodio incumbit. Aliae vero obligationes filii successoris in regimine, licet non hereditis privati, sunt publicae, quae illum ut principem stringunt. Quales sunt omnes obligationes, quas pater ut dominus territorialis legitime intra fines sui iuris regiminis in vim obligandi perpetuam suscepit, quia aliter conservatio regiminis monarchici cogitari neguit. Porro territorium et per consequentiam etiam filium principem obligat aesi alienum ex defensione ipsius territorii ortum, nec non debitum ad republieas administrationem contractum, quod vero non comprehendit erogationes absque necessitate et utilitate territorii vel familliae factas. Denique huc pertinent praestationes, quae membris familiae vel stirpis eiusdem extinctae, vel alterius lineae debentur, veluti vidualita et dotalitia cuiusque viduae illustri pro conditione status debita; doles in subsidium ex feudo praestandae et apanagia, quia vitaque rationem alimentorum habent; quod etiam defunctoribus funeralis et luctus valet. Certo modo etiam huc referri possunt meliorationes, quas princeps heredibus privatis allodialibus restituere tenetur <sup>q)</sup>.

p) Perill, G. L. BOEHMERI princ. iur. feud. §. 318.

q) De his omnibus conferantur, quos instar omnium nomine: Perill, I. S. PÜTTERI primae lineae iuris privati principum §. 64—66. et elegans scriptum A. F. H. POSSE Ueber die Sonderung Reichsfälsdlicher Staats- und Privatverlaßenschaft, III. Abth. §. 64—70. p. 203. seq.



Göttingen, Diss., 1790-91

ULB Halle  
004 826 981


3



f

TA → OL  
nur 1 Sh. d. v.





1790, 10  
7

GEORGII WIESE  
ROSTOCHIENSIS  
COMMENTATIO  
DE  
**FVNDAMENTO ET LIMITIBVS**  
OBLIGATIONIS LIBERORVM  
AD FACTA PARENTVM PRAESTANDA  
QVAM  
IN CONCERTATIONE CIVIVM  
**ACADEMIAE GEORGIAE AVGVSTAE**  
DIE IV. IVNII MDCCXC  
PRIMO LOCO AD PRAEMIVM ACCESSISSE  
CENS VIT  
INCLYTUS ORDO IVRECONSULTORVM,



*Parentes suos non amare impietas est, non agnoscere infania.*

SENECA.

**ROSTOCHI I,**  
IN OFFICINA KOPPIANA.

